Euangelium ſcilicet. in quo etiam ſic prefatur. Sicut tradiderunt nobis inquit hii qui abinicio ipſi uiderunt. & miniſtri fuerunt uerbi dei. quos & ab inicio ſecutus ſum. Et actus apoſtolorum. quos non iam auditu perceperat. ſed oculis inſpexerat. Tradunt autem ꝙ euangelium ſuum ex pauli ore deſcripſerit & ipſum ſit qđ apoſtolus ſuum euangelium ſoleat nomiare cum dicit. ſecundū euangelium meum. ſicut & marcus que ex ore petri fuerant predicata conſcripſit. Memoratur autem ex comitibus pauli. creſcens quidem ad gallias eſſe profectus. Linus uero & clemens in urbe roma eccleſie prefuiſſe. qui comites & adiutores eius fuiſſe ab ipſo paulo perhibentur. Sed & dioniſium ariopagitem apud athenas quem lucas deſcribit. primum paulo predicante crediſiſſe. inter ſocios eius fuiſſe. & eccleſie athenienſium conſtat ſacerdotium ſuſcepiſſe. Sed nunc interim ad hyſtorie ordinem redeamus.

Dionyſius.

Capi. iiii.

Igitur poſt neronem qui tredecim annis obſedit romani culminis principatum. galba & otho. āno & ſex menſibus detento principatu defuncti. ueſpaſiano regni gubernacula derelinquūt. poſito per idem tempus in procinctu belli qđ iudeis intenderat. Vbi ab ipſo exercitu cum quo oppugnabat iudeam. ſubrogatur imperio. Iſqꝫ confeſtim romam tendēs. tito filio ſuo curam belli. & hieroſolimorum oppugnationes iniungit. Verum poſt aſcenſionem domini & ſaluatoris noſtri. iudei uel in ipſum cōmiſſi piaculi. uel perſecutionis in apoſtolos. & necis in ſtephanum. ſed & obtruncationis in apoſtolum iacobum. in iacobum nihilominus fratrem domini qui appellabatur iuſtus ſceleris admiſſi. ceterorumqꝫ omnium quos propter fidem chriſti inſidiis dolis atqꝫ omni fraude nequicie circūuenerant. pro his inquam omnibus malis penas diuinitus repoſcebantur. & apoſtoli quidē ab illis prius fugati. ac ꝑ omnē locū diſꝑſi ſicut ſupradiximus. ꝑgebāt ī uirtute chriſti q̄ eis precepat dicēs. Euntes baptizate oēs gētes in noīe meo. Eccleſia uero que in hieroſolimis fuerat congregata. reſponſo a deo accepto. emigrare iubet̄. & trāſire ad opidū quoddā Pellā noīe trāſiordanē. quo ablatis ex urbe ſanctis

& iuſtis

2009 Ministerio de Cultura

& iuſtis uiris uindicte celeſtis fieret locus. tã de urbe ſacrilega quã de populo impio ꝑ excidiũ patrie euerſionemq; ſumende. Quantis ergo malis gens tunc uniuerſa mulctata ſit. atq; ipſa iudee terra. bello. fame. igni. cedibuſq; uaſtata ſit. quanta populoꝝ milia. patres ſimul cum coniugibus ac paruulis & liberis abſq; numero abſq; diſcretione trucidati ſint. que etiam diuerſarum urbium obſidiones. ſed & ipſius magnifice & famoſiſſime ciuitatis hieruſalem quanta uaſtitas. & quanta fuerit diuerſarũ mortium ſtrages. quiſue per hec ſingula bellorum extiterit modus. & ut ſecundũ id quod prophete predixerant. abhominatio deſolationis in ipſo quondam dei famoſiſſimo collocata ſit templo. utq; ad ultimum cuncta ignis populatus ſit. & flamma conſumpſerit. ſi quis plenius noſſe uult hyſtorias ioſephi relegat. Nos uero ex his ea tantum que ad explanationem ſuſcepti operis ſufficiunt aſſumemus. & in quibus refert. ꝙ ex omni iudea populi ĩ die ſolẽni paſche. hieroſolimam uelut exitiali quadam manu cogente conuenerant. Quos tricies centena milia hominum dicit fuiſſe. Iuſto ſcilicet dei iudicio. tempore hoc ultionis electo. ut q in diebus paſche ſaluatorem ſuum & ſalutare chriſtum domini cruentis manibus & ſacrilegis uocibus uiolauerant. in ipſis diebus uelut in unum carcerem omnis multitudo concluſa. feralis pene exitium qđ merebatur exciperet. Preteribo que in eis uel gladii cede uel aliis belli machinis conlata ſunt explicare. ea tantũmodo q̃ dire famis exitio ꝑtulerũt. ſupradicti hyſtoriographi ſermõibus ꝓferã. quo legẽtes hec ĩtelligãt quãtũ piaculi ſit audere aliqd ĩ chriſtũ. & quã grauibus hac cã ſuppliciis expiẽt̃. Cap. v.

Age itaq;. quintus ioſephi hyſtoriarum liber ponatur ĩ medio. Ex quo omnis eorum luctuoſa tragedia pernoſcatur. Diuitibus autem permanere inquit aut perire. unum atq; idem erat. Si enim in urbe permanſiſſent facultatum ſuarum cauſa. crimine obiecto. quaſi qui detransfugiendo cogitarent. perimebant̃. Neceſſitas uero famis factioſoꝝ extollebat arrogantiã. & utrũq; ſimul inedia cũ temeritate creſcebat. Publice qdẽ frumẽtũ nuſq̃ oĩno erat. Sed irruentes urbis predones perſcrutabant̃

domos

2009 Ministerio de Cultura

domos & ſiquidem inueniſſent tanquã de his qui fefellerãt pe-
nas ſumebant. Si uero nõ inueniſſent.nihilominus tanquã eos
qui occultius & diligentius abſconderint. cruciabant. Indicium
uero haberi ab eis pabula capiebant. Hoc ipſo ꝗ adhuc uiuere
& ſubſiſtere corporibus uidebantur.tanquã qui profecto iam in
teriſſent.niſi abſconditos uſpiam tegerent cibos.Si quos ſane ta
beſcentes macie uidiſſent. hos cũ uenia preteribant.ſuperfluum
putantes perimere.quos paulo poſt abſumeret fames.Multi ta
men inoccultis omnium cenſu ſuo mercati ſunt unum metrũ.
Si diuites frumenti.ordei ſi inferiores fuerunt.Et concludentes
ſe in inferioribus quibuſqꝫ penetralibus domus.Nonnulli nec
in panes confectas fruges edebant. Alii uero in quantum uel
neceſſitas uel metus permitteret exquoquebant. Et menſam
quidem nullus expectabat apponi.ſed ex ipſo ſemiuſta igni rapi
entes.propria uelut furtiua deuorabant. Et erat infelicis ipſius
cibi ſpectaculũ miſerabile. Cum ualidiroes quiqꝫ inuenta diripe
rent. Inbecillioribus uero nihil preter luctum ſupererat & lacri
mas.& omnium licet acerbitates rerum ſuperet fames.nihil ta-
men ita ſubruit & ſubuertit.ſicut uerecundia. Quicquid enim
ſaluis rebus pudore dignum eſt.id in hac neceſſitate contẽnitur
Deniqꝫ & uxores de uirorum manibus.& filii de parentum. Et
qđ eſt infelicius matres cibos de paruulorum ſuorum manibus
atqꝫ ore rapiebant.Et cum dulciſſimi liberi in manibus atqꝫ an
te ora poſiti tabeſcerent.exigua uite ſubſidia dentibus ipſis exi
mere nemo parcebat.Verum nec ipſos quidem infelices & per
exiguos ſumentes latebant cibos. ſed continuo aderat predonũ
quis.& ſtatim ut clauſas cuiuſpiam conſpexiſſent fores. inditiũ
credebant hoc eſſe. ꝗ intrinſecus poſiti ederent. Et repente de
ſpicatis foribus precipites irruebant. atqꝫ ab ipſis ut ita dicam
faucibus exprimentes. ſiquid forte ſumptum iam fuerat reuo-
cabant. Verberabantur ſenes ſi cibum uendicare temptaſ-
ſent. Sparſis etiam crinibus mulieres trahebantur. occulta-
re nitentes. ſiquid forte deprehenſum fuiſſet in manibus.Nul
la ſenibus pro canice reuerentia. nulla erga paruulos miſeratio.

2009 Ministerio de Cultura

miſeratio. Sed in exiguo panis fragmento paruulos inherentes.
ex ipſo cui inheſerant ſuſpenſos elidebant in terram. In eum ue
ro qui raptores cibo preueniſſet adſumpto. crudelius ſeuiebāt.
& excogitabāt dira ſupplicia obturātes infelicibus naturales di-
geſtionū meatus. Aliis uero preacutas ſudes ꝑ eadē uerēda adi
gentes. horreſco que geſta ſūt referens. ad cōfeſſionē ꝑ hoc uni
us panis aut ciati farine. miſeros perurgebāt. Nam ipſi tortores
nec patiebant̃ famē. Eſſet enī quodāmodo tollerabilius. ſi hoc cō
pulſi inedia facere uiderent̃. ſed ut uel prepararent ſibi ī poſterꝝ
cibos. uel ut crudelitas exercicio cōualeſceret. In his etiā ſiq for
te furtim ꝑſtationē hoſtiū ꝓ colligendis herbis erepſiſſent. oc-
currentes eis qui hoſtiū manus effugiſſe gauderent. diripiebant
quicquid attulerant. Supplicantibus autē. & terribile quoddam
ſibi nomen dei inuocantibus. ut uel partē aliquā ex his que cum
mortis periculo queſierant indulgerent. nihil prorſus prebebāt
ſed hoc beneficii loco ceſſerat. ſi cōprehenſum uiuū licuiſſet eua
dere. His aūt poſt aliquanta adiungit dicens. Iudeis uero cum
egreſſu urbis omnis pariter ſpes excludebat̃ ſalutis. & īualeſcēs
acerbitas famis. domos ſimul & familias gentemq; uaſtabat. ita
ut in petrabilibus ſtrata iacerent mulierum paruulorumq; ca-
dauera. Per plateas uero infeliciū ſenum corpora. fame magiſq̄
etate conſumpta. Iuuenes uero atq; omnis etas rubuſtior. uelut
ſimulacra quedam in uiis & egreſſibus oberrabant. corruentes
quocunq; loci greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire autem cada-
uera proximorum. nec defunctorum multitudo. nec uirium de
bilitas permittebat. ſimul & ꝓ ſue unuſquiſq; uite incerto. Deni
q; aliquanti ſupra eos quos ſepeliebant animas emiſere. Multi
etiam dum proſequuntur funera priuſq̄ ad ſepulchrum ueni-
retur efflabant. Sed nec planctus ex more defunctis exhibebat̃
aut luctus. quia hoc ſibi totum uendicauerat fames. Sed nec ari
ditas inedie. humorem cuiquam reliquerat lacrimarum. Obſe-
derant ciuitatem profunda ſilentia. & nox plena mortis cun-
cta contexerat. Quibus malis omnibus grauiores ſoli uigebāt
predones. qui nec ſepulchra quidē diripere & ſpoliare cadauera
inlicitum

2009 Ministerio de Cultura

inlicitum ducebant. Non tam predam petentes. quã ſcelus irri-
ſione cumulantes. & aciem gladiorũ ſuorum in cadauerum ob-
truncationẽ probantes. Interdum etiã in nonnullos adhuc ſpirã
tes mucro examinandus agebatur. ꝙ alii ſemi neces cum uide-
rent. ſupplices dexteras extendebant. ut in ſe quoq; beneficii lo
co conuerterent ſcelus. quo ſcilicet cruciatibus famis uelocius ab
ſoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere. necem quã ſponte in
ferebant. ſi rogarentur negabãt. Cum tamen unuſquiſq; defici-
entium cum gemitu oculos retorqueret ad templum. non de
morte propria dolens. ſed de impunitate predonum quos ſup-
ſtites derelinquebãt. Et primo quidem ſumpto publico ſepelire
mortuos iuſſerant. fetoris intollerantia. ut uero omnem ſumptũ
cepit uincere multitudo morientium de muro cadauera precipi
tabant. At cum titus circuiens peruidiſſet repletos mortuorũ
cadaueribus uallos. & humani corporis tabe patriã terram riga
ri. cum ingenti gemitu eleuatis ad celum manibus deum inuo
cat teſtem. hoc ſuum opus non eſſe. Et poſt aliquanta iterũ ta-
lia quedam proſequitur. Non cunctabor inquit proferre qđ ſen
tio. Arbitror enim qđ etiam ſi aduerſũ impios ciues romanorũ
pauliſper arma ceſſarent. aut hiatu terre. aut aque diluuio. aut ſo
domitanis ignibus & fulminibus celitus tortis. ſuppliciũ ciuitas
dependiſſet. que multo infauſtiorẽ illis qui hoc perpeſſi ſunt. &
nequiorẽ uirorum preſentẽ hanc protuliſſet etatẽ. pro quibus &
omnis gens pariter mereret̃ extingui. Sed & in ſexto libro de
eiſdẽ talia ſcribit. Et eoꝝ inquit qui ꝑ totã ciuitatẽ famis inedia
corrũpebantur. multitudo innumerabilis erat. quorum nec ex-
plicari miſeria poteſt. Per ſingulos nãq; domos ſic ubi fuiſſet ali
quid cibi repertum. bella continuo & cedes inter caros ipſoſq;
parentes ac liberos naſcebantur. dum non ſolum emanibus. ſed
ex ipſis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides
autem nec mortuis erat. Sed & ipſi cum iam ſpiritum exalarent
perſcrutabantur a predonibus. ne cui forte intra gremium cibi
aliquid reſediſſet. Alii autẽ ꝑ inediam hiantes uelut rabidi ca-
nes. huc atq; illuc ferebantur. & quaſi inſania quadam exagitati.

in eaſdem

2009 Ministerio de Cultura

in eaſdẽ domos ſub momento tẽporis iteꝝ ac ſepius irruebant.
Omnia tamẽ neceſſitas uertebat in cibũ.etiã illa que nec mutis
quidẽ animalibus edere uſus fuit. Ad ultimũ ne loris quidẽ uel
cingulis aut ipſis etiã calciamẽtis abſtinuerũt. Portaꝝ quoq; ĩdu
menta detrahẽtes.cõficienda dentibus ingerebãt. Nõnulli & feni
ueteris feſtucas edebant. Sed & de qſquiliis undecunq; collectis
paruiſſimũ pondus dragmis quatuor diſtrahebãt. Sed q̃d opus
eſt ꝑ hec põdus famis illius explicare.cũ geſtũ ſit ibi facinus. qđ
neq; apud grecos neq; apud barbaros ullus accepit auditus.hor
rendũ quidẽ dictu.auditu uero incredibile? Equidẽ libenter tam
immane facinus ſiluiſſem. ne quis me crederet monſtruoſa nar
rare.niſi multos memorie noſtre uiros teſtes cõmiſſi ſceleris ha
buiſſem. Porro uero nec aliquid in hoc patrie preſtare me arbi
tror.ſi ſubtraham eoꝝ malorum uerba.quorum pertulit facta.
Mulier quedã ex his qui ultra iordanis alueum cõmanebãt ma
ria noĩe.eleazari filia de uico bethezob.qđ interpretatur domus
iſopi genere & facultatibus nobilis.cum reliqua multitudĩe que
cõfluxerat & hieroſolimis reperta.cõmunẽ cũ omnibus obſidiõis
caſum ferebat. Huius reliquas quidẽ facultates quas e domo in
urbẽ conuexerat tyranni inuaſere. Siquid uero reliquiaꝝ ex ma
gnis opibus fuerat quibus uictũ quotidianũ pertenuem duceret
irruentes ꝑ momenta predonũ ſatellites rapiebant. Pro quibus
ingens mulierẽ uelut inſania iam quedam ex indignatione fati-
gabat.ita ut interdũ predones maledictis in necẽ ſui & conuitiis in
ſtigaret. Verum cũ neq; irritatus quiſq̃ neq; miſeratus eũ peri-
meret.& ſi quid forte cibi fuiſſet ab ea queſitum ab aliis quere
retur.nec iam uſq̃ reperiendi copia fieret. Fames aũt dira uiſceri
bus ipſis inſiſteret ac medullis.& ad furorem iam perurgeret in
edia. fame & ira peſſimis uſa conſultoribus.contra ipſa iam ar-
matur iura nature. Erat nanq; ei ſub uberibus paruulus filius.
Hunc ante oculos ferens.infelicis inquit matris. o infelicior fili.
in bello fame & direptione predonum cui te ſeruabo? Nam &
ſi uita ſperari poſſit.iugo romane ſeruitutis urgemur. Sed nunc
ipſum etiã ſeruitutem preuenit fames. Predones uero utraq; ui

grauiores

2009 Ministerio de Cultura

grauiores ꝑurgent. Veni ergo nūc o mi nate eſto matri cibus.
predonibus furor. ſeculis fabula. que ſola deerat cladibus iudeo
rū. Et hec cū dixiſſet. ſimul filiū iugulat. Tū deinde igni ſuppoſi
tū torret. & mediū quidē cōſumit. mediū uero ſeruat obtectum
Et ecce cōfeſtim predones irruūt. obuſte carnis nidore cōcepto.
mortē minant̄. niſi ſine mora cibos quos paratos ſenſerāt demō
ſtraret. Tum illa equidē partē inquit uobis optimā reſeruaui. Et
cōtinuo que ſuperfuerāt mēbra detexit infantis. At illos repēte
ingens horror inuaſit. & īmanes quāuis animi diriguere. uox fau
cibus intercluſa ē. Illa uero truci uultu. & ipſis iam predonibus
truculētior. meus inqt hic filius. meus ē partus. & facinus meū ē
Edite. Nam & ego prior commedi quem genui. Nolite effici
aut matre religioſiores. aut femina molliores. Quod ſi uos pietas
uincit & execramini cibos meos. ego que iam talibus paſta ſum
ego his iterꝫ paſcar. Poſt hoc illi territi tremēteſq; diſcedūt. ꝗ
hunc ſolū ex oībus facultatibus miſere matri reliquerāt cibum.
Repleta ē aūt cōfeſtim ciuitas uniuerſa nefarii ſceleris nuntio.
Et unuſqſq; ante oculos facinus qđ perpetratū fuerat adducens
tanq̄ ſi ipſe hoc perpetraſſet horrebat. Omnes autem quos
famis neceſſitas ꝑurgebat. feſtinabāt magis ad mortē. beatos di
centes eos quibus cōtigit interiſſe priuſq̄ talium malorū pollue
rentur auditu. Hactenus ioſephus. Cap. vi.

IGitur iudeos ꝓ his que in chriſtū deū cōmiſerūt piaculis.
talis cōſecuta ē pena. Dignū aūt ē huic hyſtorie adhibere
dominicas uoces. quibus ipſe ſaluator talia ſecutura eſſe predixit
Ve aūt ait pregnantibus & nutrientibus uel lactantibus in illis
diebus. Orate aūt ut non fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato.
Erit enī tūc tribulatio magna qualis nō fuit abinitio ſeculi uſq;
nunc. neq; erit. Colligens aūt ſupradictus hyſtoriographus oēm
numerū ꝑemptorꝫ. uel fame uel ferro. undecies centena milia de
ſignauit. Ceteros uero latrones & ſicarios ac predones poſt ur-
bis excidiū mutuis declarat interiſſe uulneribus. Electos autem
quoſq; iuuenū quos decor & proceritas corporis cōmendabat.
ad triumphū dicit eſſe ſeruatos. Reliquos autē qui ſupra decem

& ſeptē

2009 Ministerio de Cultura

& ſeptē annos agebāt etatis.uinctos ad opa egypti p metalla de ſignatos.& per ceteras puintias eſſe diſperſos. Alii quidē ut lu dis gladiatoriis.alii ut beſtiis traderent̄.Si qui uero intra ſepti mū & decimū etatis reperti ſunt annū.p diuerſas puīcias ī ſerui tutē diſtrahi iuſſi ſūt.quoꝝ numerus uſq; ad nonagīta milia per ductus ē.Hec uero oīa geſta ſūt ſcđo āno īperii ueſpaſiani.iuxta ea que ipſe dominus & ſaluator noſter ieſus chriſtus predixerat Quippe qui ea q̄ gerēda erāt. preſentia iam uideret tūc ſecūdū euāgeliorū fidē.Vidēs ciuitatē fleuit ſuper eā.& uelut in auribus eius prelocutus ē hec uerba.Si agnouiſſes inquit & tu ī hac die que ad pacē tibi ſunt.nunc abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te.& circūdabunt te inimici tui uallo & circūdabūt te.& perurgebunt te undiq;.& ad ſolū reducent te.& filios tuos qui in te ſunt.Sed & rurſum tanq̄ de populo dicēs.erit enī inqt neceſſitas magna ſuper terrā & ira populo huic. & cadent in ore gladii.& captiui ducent̄ ī omnes gentes. & hieruſalem erit con culcata a gētibus.uſq;quo cōpleant̄ tēpora gentium.Et iteꝝ.Cū autē uideritis circūdari ab exercitu hieruſalē. tunc ſcitote qa ap propinquabit eius deſolatio.Cōparet nunc unuſquiſq; domini & ſaluatoris noſtri ſermones.cū hyſtoriographi relatione. de bello qđ geſtū ē atq; excidio ciuitatis.Et uidēs mirā diuine preſcientie uirtutē.agnoſcat predicētis diuinitatē. Hec quidē iudeorū genti poſt paſſionē ſaluatoris iuſta ulcione uenerūt.p eo qđ auctorem uite a ſemet uniuerſa gens cōclamauit auferri.Verūtamen nihil obſtat ea addere.per que pietas & clemētia dei. licet ingratis ui detur oblata.Quadraginta nanq; poſt admiſſum piaculum con tinuis ptracta annis impioꝝ pena differtur.In quibus & apoſto li omnes.precipue tamen iacobus qui dicebatur frater domini ī hieroſolimis epiſcopus cōſtitutus.indeſinenter populum cōmiſſe impietatis & feralis auſi de ſcelere cōmonebant.ſi forte poſſent cōmiſſi penitudinē gerere.ſi poſſent flere p ſcelere.& ultrices pe narum flāmas lacrimaꝝ ubertate reſtringere. Oſtendebat nāq; eis deus p ſuā patiētiā.qđ ipſoꝝ q̄reret penitētiā. Quia nō uult tm̄ deus mortē peccatoris.quātum ut cōuertat̄ & uiuat.Ca.vii.

2009 Ministerio de Cultura

M Ollire autē adhuc mētis eoꝝ duriciā nitebať diuina maieſtas ſignis & ꝓdigiis celitus datis. tortoreſq; ſimul & minacē dexterā oſtēdendo potiuſq̄ inferēdo. De qbus ſupradicti hyſtoriographi fides. ut ī ceteris etiā ī hoc ſufficiens erit. Relegamus ergo quid in ſexto hyſtoriaꝝ ſuaꝝ libro. de his ipſe ſignauerit. Sed infelicē īqt plebē. teterrimi quidā hoīes & deceptores falſa uaticinantes ſuadebant. ut euidētibus ſignis & indiciis iracūdie & indignationis diuine nō crederēt. Quibus aperte futuꝝ & urbis & gentis preſagiebať excidiū. Sed uelut afflati & amētes. & qui neq; oculos neq; animā in ſe haberēt. ſpernebāt oīa q̄ celitus nunciabanť. Etenī ſtella prefulgens. gladio ꝑ oīa ſimilis imminere deſuper ciuitati. & cometes preterea exitiabilibus flāmis ardere per totū uiſa ē annū. Sed & ante excidii tēpus ac belli. cum populi ad diem feſtū azimoꝝ cōuenirēt. octaua die mēſis ſandicis qui ē aprilis noctis tēpore hora nona. tantus luminis fulgor. arā tēplūq; circūdedit. ut putarēt oēs diem clariſſimū factū. & permāſit ſpacio hore dimidie. Quod imperitis quidē & ignaris ꝓſperum uidebať. Sed legiſperitos & ꝓbos quoſq; doctores nō latuit exitiale portentū. In eadē quoq; feſtiuitate. uitula ſacrificiis admota & aris adſiſtēs inter ipſas miniſtroꝝ manus enixa ē agnam. Sed & ianua interioris edis que reſpiciebat orientem cum eſſet ere ſolito induta. ac ꝑ inde īmenſi pōderis. que uix uiginti uiris ſūmo conatu īpellētibus clauderet. ferreis quoq; uectibus & feris munita. ac peſſulis in altū demiſſis teneret obſtricta. repente hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta. Sed & trāſacto die feſto poſt aliquot dies. prima & uiceſima die mēſis artemeſii qui maius apud nos uocať. ꝓdigioſus apparuit uiſus & fidē pene excedens. quod uere falſum putareť. niſi oculoꝝ fidem cōfirmaſſet maloꝝ cōſecuta pernicies. Etenī ꝓpe ſolis occaſum. uiſi ſunt currus & quadrigę in omni regione per aerem ferri. & armatoꝝ cohortes miſceri nubibus. & urbes circūdari agminibus īprouiſis. In alio autē die feſto qui pentecoſtes appellať. noctu ſacerdotes ingreſſi templū ad miniſteria ex more cōplenda. primo quidē motus quoſdā ſtrepituſq; ſenſerunt. Tum deinde

uoces

2009 Ministerio de Cultura

uoces ſubitas audiunt dicentes. Migremus hinc. Addit̃ his etiã
aliud terribilius. Etenĩ quidã ananie filius. ieſus noĩe. uir plebei
us & ruſticus. ante quartũ belli annũ. cum ciuitas in pace & ha-
bũdãtia perduraret. in die feſto tabernaculoꝝ repẽte clamare ce
pit. Vox ab oriente. uox ab occidente. uox a quatuor uentis. uox
ſuper hieroſolimã & ſuper templũ. uox ſuper ſponſos & ſponſas
uox ſuper populũ. Et indeſinẽter die noctuq; per oẽs plateas cir
cũiens hoc clamabat. uſq;quo quidã primores ex populo uiri ue
lut infauſti preſagii indignatione cõmoti. correptũ hoĩem multis
uerberibus afficiunt. At ille nequaq̃ ꝓſe aliquid loquens. ſed ne
eos quidẽ qui circũſteterant deprecans. eaſdẽ uoces pari obſtina
tione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes ut res
erat numinis eſſe motus in uiro. perducũt eum ad iudicẽ roma-
nũ. Apud quẽ flagris uſq; ad oſſa laniatus. neq; preces neq; la-
crimas fudit. ſed eandẽ uocẽ miſerabiliter & cum quodã ululatu
emittens. per ſingula pene uerba proferebat. addens etiam hoc.
Ve ue. Proſequitur & aliud idem hyſtoriografus maiore geſtũ
miraculo. dicens oraculũ quoddã in ſacris litteris repertũ. ꝗ per
idẽ tempus uirum deſignaret ex eoꝝ regione ꝓceſſurũ. qui to-
tius orbis potiret̃ imperio. Cuius oraculi preſagiũ idẽ hyſtorio
graphuſ ueſpaſianũ declarare ẽ ſuſpicatuſ. Sed ueſpaſianuſ nõ aliis
quã illis ſolis gentibus que romano imperio uidebantur ſubdite
dominatus eſt. Vnde iuſtius ad chriſtum hec reſponſa referant̃
ad quẽ dixerat pater. Pete a me & dabo tibi gentes hereditatẽ
tuã. & poſſeſſionẽ tuã terminos terre. Et cuius per idem tẽpus
per apoſtolos ſuos in omnẽ terram exierat ſonus. & in fines or
bis terre uerba eorum.

Cap. viii.

OPereprecium ſane eſt poſſe iſta agnoſcere quis fuerit hic
ioſephus. & unde. uel ex quo genere originẽ ducens. qui tã
tam nobis materiam reꝝ geſtaꝝ cognitionẽq; preſtiterit. Expo
nit ergo etiã hoc ipſe de ſe hoc modo ſcribens. Ioſephus mathie
filius ex hieroſolimis ſacerdos. qui & ipſe primo bello romanos
oppugnauerit. & poſterioribus nihilominus ĩterfuerit preliis ne-
ceſſitate conſtrictus. Conſtat ergo hunc uirum per idem tẽpus.
non ſolum

2009 Ministerio de Cultura

non ſolum apud romanos habitum eſſe nobiliſſimum.ita ut lit
terarum merito in urbe roma etiam ſtatua donaretur . & libri
eius bibliothece traderentur. Conſcripſit nāq; antiquitatum hy
ſtoriam in uiginti libris . Belli uero iudaici cum romanis habiti
hyſtoriam.ſeptem uoluminibus comprehendit.Quam non ſo
lum greca facundia.uerum & patrio ideſt hebreo ſermone ſu-
is etiam ciuibus ſe edidiſſe confirmat.dignus cui preceteris om
nibus debeat credi. Sed & alia eiuſdem uiri extant de iudeoꝝ
uetuſtate duo uolumina. In quibus contradicere appioni cui-
dam grāmatico uidetur.qui illis temporibus aduerſum iudeos
ſcripſerat.& ad alios quoſdam. qui morem gentis iudeorū atq;
inſtituta lacerauerant . In primo ergo ex his duobus libris que
uolumina apud hebreos in auctoritate habeantur ſecundum
maiorū traditionem per hec edocet . Cap. viiii.

n eque igitur innumera inquit apud nos habentur uolumi
na inter ſe inuicem diſcordantia. Sed duo tantum & ui-
ginti ſunt libri.qui oīum temporꝝ ſeriem continent. Qui & iu
ſte creduntur diuinitus inſpirati. Ex quibus quinq; ſunt moyſi
continentes legis uite & ſucceſſionis humane proſapiā . uſq; ad
ipſum moyſei terminū pertendentes. Qui paulominus ad tria
milia annorꝝ continentiam gerunt. A morte uero moyſei uſq;
ad artarxerxen qui poſt xerſen regnauit apud perſas.que geſta
ſunt.prophete quiq; per ea tempora tredecim uoluminibus cō
ſcripſerunt . Reliqui uero quatuor libri.hymnos in deum & ui
te inſtituta ac monita mortalibus tradunt . Ab artaxerxe ue
ro uſq; adnoſtrū tempus ſcripta ſunt quidem oīa.fide tamē nō
eadem que primis habetur digna ducuntur . pro eo ꝙ non ita
extiterit prophetarū iugis & explorata ſucceſſio . Rebus igitur
ipſis conſtat.quam nos uenerabiliter utamur ſcripturis noſtris
Nam cum tot ſecula interceſſerint.neq; addere quis unq̄ neq;
auferre aut permutare quid auſus eſt. Sed oībus gentis noſtre
hoībus inſita hec quodāmodo atq; ingenita fides.ē credere hec
dei eſſe conſulta.& his iugiter inherere.ac pro ipſis ſi ita res po
poſcerit libenter & aīam ponere. Sit etiā hec pars hyſtoriogra-
phi. his ī locis

2009 Ministerio de Cultura

phi.his in locis anobis ut arbitror nõ incompetenter inſerta.Eſt
adhuc & aliud eius elegãs ſatis uolumẽ qđ aĩus ſit qui ĩperium
teneat innobis.Q uẽ libellũ quidã machabeoꝝ attitulauere.pro
eo ꝙ certamĩa inibi & agões ꝓprietatẽ a machabeis frĩbus deſu
data contineat. Sed & infine uiceſimi antiqtatũ libri. ſignificat
idẽ ipſe propoſuiſſe ſe quatuor uoluminibus cõprehenſurũ. ſecũ
dum fidẽ & religionẽ patriã.de deo & ſubſtãtia eius ac legibus
& cur quedã apud eos liceãt quedã uero nõ liceãt.Sed & alia nõ
nulla opuſcula a ſe dicit eſſe cõpoſita. In fine etiã ſupradicti uice
ſimi libri antiqtatũ.iuſtũ quendã extiberiade. q conatus ſit hoc
idẽ opis qđ ipſe explicuerat aggredi.arguit falſitatis per hec uer
ba. Sed nõ ego te imitatus ſũ in his que cõſcripſerã. Ipſis etenĩ
ĩperatoribus obtuli libros meos.cũ adhuc ipſa que geſta ſũt pe
ne in oculis haberentur.Q uipe q conſcius mihi eſſem ſeruate
in oĩbus ueritatis.nec me de eoꝝ teſtĩonio fefellit opinio . Sed
& aliis pluribus obtuli quoꝝ multi ẽt ipſis interfuere bellis.ſi
cut Agrippa rex.& nõnulli eius propĩqui . Et Impator quidẽ
Titus intãtũ probauit ex iſtis debere libris ad oĩs hoĩes rerũ
geſtaꝝ notitiã ꝑuenire.ut manu ſua ſubſcriberet publice ab om
nibus eos legi debere. Rex uero Agrippa ſexaginta & duabus
epiſtolis de opis noſtri ueritate teſtatus ẽ.ex quibus & duas in
ſerui.Sed de his ſatis dictũ eſt.nũc ad narrationis noſtre ſeriem
redeamus . Cap . x .

p Oſt martyriũ Iacobi & cõtinuo cõſecutum ciuitatis exci
dium.tradiť Apoſtolos ceteroſq; dñi diſcipulos qui ad illud tẽ
pus reliq erãt.in unũ e locis oĩbus cõueniſſe.ſimul cum his qui
propĩqui ſcđm carnẽ dñi dicebãtur. Plurimi nãq; & ex his per
illud tẽpus ſuperant.& habuiſſe ĩ cõmune cõſiliũ. quẽ oporteret
dignũ ſucceſſione Iacobi iudicari. Oĩſq; uno conſilio atq; uno
cõſenſu Symeonẽ cleophe filiũ decreuiſſe. Cuius mẽtio ĩ euãge
liis facta ẽ.ut epãtus ſedẽ ſuſciperet. Cõſobrinus is ſcđm carnẽ
ſaluatoris fuiſſe dicebať.quia Cleopham fratrem fuiſſe Ioſeph
Egeſippus teſtatus eſt . Cap.xi .

p Er idẽ tẽpus Veſpaſianus poſt excidia Ieroſolimoꝝ oĩs
ſi qui forte

2009 Ministerio de Cultura

ſi q forte ex fāilia dauid ſupfuiſſent apud iudeos. uelut regalis ꝓſapie uiros ꝑquiri iubet. Vnde etiā ꝓ hac cā grauiſſia iudeis ꝑ ſecutio exorta ē a tito filio ueſpaſiāi. Sed ueſpaſiano decēnio pri cipatu miniſtrato. titus filius in īperio ſuccedit. Cuius ſecūdo re gni anno Linū. xii. ānis in ſacerdotio trāſactis. urbis rome epiſco patū tradidiſſe anacleto ferunt. Cap. xii. Sed Titus non āplius quā duobus annis totideq; menſibus principatu romani apicis miniſtrato. Domitiano frī ſūmam reꝝ reliquit. Quarto igitur āno Domitiāi apud Alexandriā Annianus. xx. & duobus ānis miſtrato ſacerdotio defūctus eſt. In cuius locū ſcd's ſuccedit Abilius. Cap. xiii. In urbe uero roma duodecim Anacle tus ānis ī epātu exactis. ſacerdotii ſedē clemēti tradidit. C. xiiii. Quē adiutorē ſuū Paulus apoſtolus Philippēſibus ſcribēs. deſi gnat dicēs. Cum clemēte & ceteris adiutoribus meis. quorum noīa ſūt in libro uite. Cap. xv. Huius clemētis epiſtola ha bet adcorinthios ſcripta precipua plane & ualde mirabilis. quā uelut ex perſona romāe ecclīe dictauit. cū diſſenſio apud corīthi os fuiſſet exorta. Quā epiſtolā in plurimis eccleſiis publice legi & ueteꝝ & noſtris etiā tēporibus conſtat. Verum de ſeditione facta apud corinthios. ac diſſenſione plebis. teſtis ualde fidelis. Egeſippus indicat hoc mō dicens. Cap. xvi. Multa & erga multos crudelitate Domitianus exercita. plurimiſq; ī urbe roma nobilibus & illuſtribus uiris nullo iure nullaq; rōne trucidatis. innumeris etiā ī exiliū truſis. & bonoꝝ direptione mulctatis. ad ultimū neroniane & cheomachie impietatis ſucceſſor efficit. Se cūdus hic quippe ab illo pſecutionē molit in noſtros. cū utiq; pa ter ſuus Veſpaſianus nihil prorſus noſtris inrogauerit iniurie. Cap. xvii. Quo in tēpore apoſtolus & euāgeliſta Ioannes obpredicationē uerbi diuini & teſtīoniū ueritatis. in inſulam pa thmos traditur ablegatus. Deniq; hyreneus ſcribēs decōputo noīs antixpi qd̄ cōtinet ī reuelatiōe que dicit Ioannis. qnto ad uerſū hereſes libro hec de ipſo Ioāne cōmemorat. Qd̄ ſi oporte ret inqt aptius ī hoc tēpore de iſto noīe predicari. aquo magis potuerat aperiri. niſi ab eo q ipſā reuelationē uidit. Neq; enim

multū tēporis

multũ tẽporis ẽ qđ reuelata ẽ.ſed pene noſtra etate.Infine &ei Domitiãi prĩcipatus exorta ẽ.In tãtũ uero per idẽ tpũs fidei noſtre ĩſtituta florebãt.ut etiã nõnulli aliẽi a religiõe nrã ſcriptores hyſtoriarꝶ ſuarꝶ tradiderũt monumẽtis & de perſecutionibus illius tpr̃is & etiã de martyriis.Quod & diligẽter explorato tpr̃e deſignat.ꝙ qntodecimo ãno Domitiãi principis.cũ aliis plurimis ab eo etiã flauiã domicillã ſorores filiã flauii clemẽtis unius tunc ex cõſulibus uiri.ob teſtĩoniũ quod xpõ perhibebat. in inſulam Pontiam noĩe deportatã. Cap. xviii.

APud ipſũ uero Domitianũ.cũ iuſſiſſet oĩs perimi qui de genere dauid & regia ſtirpe deſcẽderẽt:uetus traditio tenet. ꝙ delati ſint qdã q̃ſi eſſẽt depoſteritate Iude.quẽ frẽm fuiſſe ſaluatoris ſecũdũ carnẽ tradũt.Quiq; duplici urgebãt̃ inuidia.uelut q ex dauid genere & ex ipſius xpĩ ꝓpinqtate deſcenderẽt. Que hegeſippus per ordinẽ his uerbis refert. Cap. xviiii.

a Dhuc aũt uiuebãt qdã decarnali genere dnĩ nrĩ nepotes Iude.eius q ſcđm carnẽ frater dnĩ dicebat̃. Quos qdam detulere.tanq̃ ex dauid ſtirpe ueniẽtes.Hos reuocatus qdã noĩe q ĩ hoc miſſus fuerat perducit ad Domitianũ ceſarẽ.Et ipſe enĩ formidabat de aduentu xpĩ. ſicut & initio herodes. Interogati ergo a Domitiano ſi eẽnt ex familia dauid.cõfeſſi ſũt.Tũc queſiuit ab eis.q̃tis poſſeſſiõibus uel q̃tis eẽnt facultatibus prediti. At illi reſpõderũt ꝙ utriq; nõ ãplius eẽt inbonis.nouẽ milibus denariis.Ex qbus ſingulis pars media ꝓportione deberet̃. Nec hec ſibi in pecuniã ſubſiſtere.ſed in eſtĩatione terre. q̃ eis eſſet in quadragita minus uno iugeribus cõſtituta.Quam ſuis manibus excolẽtes uel ut ipſi alerẽt̃ & ut tributa depẽderent.Simul & teſtes ruralis & diurni operis manus labore rigidas. & callis obduratas preferebãt.Interrogati uero de xpõ quale ſit regnũ eius uel ẽs ipſe aut unde aut q̃do uẽturus.reſpõdere ꝙ non huius mũdi regnũ.neq; huius terre ei deſignet̃ ĩperiũ. ſed qa celeſte ei regnũ per angelorꝶ miniſteria in cõſumatione ſeculi prepareť.q̃do ſcilicet aduenturus ĩ gloria de uiuis ac mortuis iudicabit.& reſtituet unicuiq; profactis ac meritis ſuis.Ad hec Domitianus cum

2009 Ministerio de Cultura

tianus.cũ neq; in eis quicq̃ criminis inueniret & uilitatẽ eorum q̃maxĩe cõtemneret.abire eos liberos iubet. Sed & pſecutionẽ quã aduerſus ecclĩas agitari iuſſerat.datis rurſũ cõpeſcit edictis. Illi uero dimiſſi ab eo uel martyrii merito.uel tãte ꝓpinquitatis prerogatiua.pacis iã tempore duces ecclĩe effecti uſq; ad Traiani tẽpora ꝑmanſerũt. Hec qdẽ Egeſippus. Sed & Tertulianus de Domitiano ſimilia refert dicẽs. Tẽptauit aliquãdo & Domitianus ſimile aliqd.portio neronis de crudelitate ſed quaſi hõ cito deſtitit.ita ut etiã eos quos inexiliũ miſerat reuocaret. Poſt Domitianũ uero qndecim annis ĩperio potitũ Nerua ſuſcipit principatũ. Sub quo om̃s quidẽ honorꝝ tituli qui in Domitianũ conlati fuerãt.detrahũtur. Reuocari aũt qcũq; ab eo inexiliũ truſi ſũt.ac recipere facultates.ex ſenatuſcõſulto iubent̃. De quibus ſinguli teſtioniũ ꝓhibẽt.qui geſta illorꝝ tẽporꝝ cõſcripſerũt. Tũc igit̃ apoſtolũ Ioannẽ poſt abſolutionẽ inſule.epheſũ quaſi ad ſcolam propriã rediſſe.noſtrorꝝ ſcriptores declarãt. Cap.xx.

n Erua uero poſt ãnũ plus minus defũcto Traianus ſuccedit ĩperio. Cuius primo prĩcipatus ãno Abilius apud alexandriã tredecim ãnis ſacerdotio miniſtrato diẽ obiit. Cui ſuccedit Cerdon tertius in ſacerdotiũ. Qua tẽpeſtate in urbe roma Clemẽs quoq; tertius poſt paulũ & petrũ põtificatũ tenebat.

ſ Ed & apud anthiochiã Euodius primus fuerat Ca.xxi. & ſecũdus Ignatius Ieroſolimis quoq; Symeon ſecundus poſt Iacobum fratrẽ dñi hiſdẽ tẽporibus gubernabat ecclĩam.

i N his ſuperſtes adhuc apud aſiã demorabatur Ca.xxii. ipſe ille quẽ amabat dominus Ieſus apoſtolus ſimul atq; euangeliſta Ioannes eccleſiarum que inibi erant gubernacula gerens.poſt Domitiani ut diximus obitum regreſſus ex inſula. Quod quia ita ſe habeat.duobus fidelibus teſtibus adprobabo.Hyreneus & Clemẽs Alexãdrius. huic ueritati adſtipulãtur In ſecundo aduerſũ hereſes libro. Hyreneus hoc mõ ſcribẽs.& om̃s inqt preſbiteri teſtes ſũt.q in aſia Ioãnẽ diſcipulũ dñi uiderũt ſciunt hec tradidiſſe Ioãnẽ. q & ꝑmanſit apud eos uſq; ad tẽpora Traiãi.Itẽ ĩ tertio eiuſdẽ opis libro idẽ ſcriptor de eiſdẽ

ita teſtatur

2009 Ministerio de Cultura

ita teſtat̃. Eccl̃ia iqt q̃ eſt apud epheſũ.a paulo qdẽ fundata eſt
a Ioãne uero edificata.q ꝑmãſit in ea uſq; ad tẽpora traiani .Ha
bes hũc teſtẽ fidelẽ de apoſtoli tẽporibus cõteſtantẽ. Accipe qđ
ẽt clemẽs cuius pariter ꝓmiſimus teſtioniũ dicat. hyſtoriã q̃dam
ꝑneceſſariã ſimul texẽs. Quã nos quoq; ſi inſeramus. utilẽ fore
legẽtibus credimus. Scribit ergo hec. Cap. xxiii.

a Vdi iqt fabulã & nõ fabulã.ſed rẽ geſtã de Ioãne apoſto
lo & memoriis oĩum traditã . Cũ poſt tyrãni obitũ depa
thmos ĩſula epheſũ rediret.rogabat̃ ẽt uicinas inluſtrare ꝓuĩtias
quo uel eccl̃ias fũdaret ĩ qbus nõ erãt locis.& ĩ qbus erãt. ſacer
dotibus ac miſtris ĩſtrueret.ſcđm qđ ei de uno quoq; ſpũs ſcũs
ĩdicaſſet. Cũ igit̃ uẽiſſet ad q̃dã urbẽ haud lõge poſitã.oĩbus ec
cleſiaſticis ſolepniter adĩpletis.uidit iuuenẽ quẽdã .ualidũ corꝑe
& uultu elegãtẽ.ſed & ãimis acrẽ nimis: reſpitiẽſq; ad epiſcopũ
q nuꝑ fuerat ordĩatus. Hũc iqt tibi ſũmo ſtudio cõmẽdo.ſub te
ſtionio xpĩ & totius eccl̃ie. Tũ ille ſuſcipiẽs.oẽm ſe adhibituꝝ ſic
precipiebat diligẽtiã pollicet̃. Sed iteꝝ atq; iteꝝ eadẽ ſepius re-
petẽs.iuuenẽ cõmendabat attẽtius. Et poſt hec epheſũ rediit. Tũ
uero epũs adoleſcentẽ ĩ domũ ſuã ſuſcepit cõmẽdatũ. & cum oĩ
diligentia enutrit ãplectitur fouet. Ad ultimũ ẽt baptiſmi grãm
tradit. Poſt hec iã uelut cõfidẽs grẽ qua fuerat cõmonitus. pau
lo ĩdulgẽtius habere iuuenẽ cepit. Sed ille ubi immatura liberta
te potitus ẽ.cõtinuo ꝑ equeuos qbus luxus & deſidia cordi eſt.
amare uitia.& corrupte uite ĩcedere tramitẽ ꝑdocet̃ .Et primo
qdẽ cõuiuioꝝ illecebris decipit̃. Inde nocturnis eũ furtis ſotium
ſibi participẽq; cõſciſcũt. Poſt hec ẽt ad maiora flagitia ꝑtrahũt
Cũ ĩterea ſẽſim iuuenis formabat̃.& ĩſtituebat̃ ad ſcelera & qui
eſſet acer ĩgenio.ſicut equus infrenis & ualidus.duris morſibus
obfirmatis.recti itineris lineã derelinquẽs .rectore contẽpto.rapi
do curſu totus fertur inpreceps. Ita ſuccedẽtibus ſibi malis.ut
deſperationem quoq; adeo ſibi preſtite ſalutis acciperet. Dedi
gnatur iam de paruis ſceleribus cogitare.grãdia queq; molitur.&
ex integro perditioni ſe tradens . nulli inferiorem ſe inflagitiis
patitur. Deniq; illos ipſos qui prius magiſtri criminum fuerant
diſcipulos facit

2009 Ministerio de Cultura

diſcipulos facit. Et latronum ex his turmam quibus ipſe dux
& princeps uiolentus preeſſet inſtituit .& cum his omni cru
delitate craſſatur. Verum tempore elapſo.cum rei ita popoſciſ-
ſet utilitas.inuitatur iterum ad illam urbem Ioannes.Et cũ ce-
tera quorꝫ gratia uenerat ordinaſſet.age ĩquit o Epiſcope. depo
ſitum repreſenta.qđ tibi ego plane & Criſtus commendauimus
ecclia teſte quã regis. At ille obſtupuit.prĩo pecuniã putãs a ſe
repoſci quã non acceperat.Sed rurſum conſiderabat. nec poſſe
fallere Ioannem.nec qđ non dedit querere. herebat igitur ſtu-
pens. Quem Ioannes herentem uidens.iuuenem inquit illũ re
peto ate.& animã fratris.Tunc grauiter ſuſpirans ſenior. & in la
crimis reſolutus ille ait mortuus eſt. Quomodo ĩquit uel qua
li morte? deo ait mortuus eſt.quia peſſimus & flagitioſus euaſit
Ad ultimũ et iam latrocinium aggreſſus eſt. Deniqꝫ nunc mõ
tem quẽdam cũ multa latronum manu occupauit. Quibus au
ditis Apoſtolus.ueſtem continuo qua erat indutus ſcidit. & cũ
ingeniti gemitu feriens caput ſuum.bonum inquit te cuſtodẽ
fratris anime dereliqui. Sed iã nunc mihi equus paretur & dux
itineris.& confeſtim ab ipſa ecclia aſcendens.concitus propera-
bat. Cũqꝫ perueniſſet ad locum attinetur ab his latronibus qui
cuſtodias obſeruabant. At ille neqꝫ effugere.neqꝫ prorſus decli
nare uſq̃ nitens.ingenti tantum uoce proclamabat. quia ad hoc
ipſum ueni.adducite mihi principẽ ueſtrum. Qui cũ ueniret ar
matus.eminus agnito Ioanne apoſtolo pudore actus infugã uer
titur.Ille equo poſt eum admiſſo confeſtim inſequitur fugitan
tem.etiam etatis oblitus.ſimul & clamans. Quid fugis o fili
patrem tuum? quid fugis inermẽ ſenem? miſer noli timere.ha-
bes adhuc ſpẽ uite.ego aũt rõnẽ reddã ꝓte. certe & mortẽ ꝓte
libẽter excipiã ſic & domĩus excepit ꝓ nobis.& ꝓ tua aĩa dabo
aĩam meã.Sta tm̃ & crede mihi qa xpũs me miſit.At ille audiẽs
reſtitit.ac uultũ demiſit ĩ terrã. Poſt hec arma ꝓiecit.Tũ deĩde
tremefactus flebat amariſſĩe.& accedẽtis ad ſe ſeĩs geĩbus ꝓuol
uit?.geĩtibus & ululatibus qbus poterat ſatisfatiẽs.& uberrimis
lacrimarum ſuarum fontibus iterũ baptizabat?.occultans ſolam
dexterã ſuã

2009 Ministerio de Cultura

dexterā ſuā. Apoſtolus uero iuriſiurandi ſacramento ſe ei aſal
uatore impetraturū ueniam pollicens. ſimulq; genibus eius pro
uolutus. atq; ipſam dexteram ex cuius cedis conſcientia torque
batur tanquā iā per penitentiā purgatā de oſculans. ad eccleſiam
reuocat. Et indeſinenter pro eo orationes profundens. & cum
ipſo pariter ducens crebra ieiunia. indulgentiam adeo quā ei pol
licitus fuerat expetebat. Sed & uariis ſermonum conſolationi-
bus. uelut quibuſdā precantationibus efferos & exterritos eius
animos mitigabat. Nec prius abſtitit. quam eum in omnibus
emendatum etiam ecclīe preficeret. prebens per hoc magna ex
empla uere penitentie. & documentum ingens noue regenera-
tionis. atq; inſignia quedam & trophea inuiſibilis in eo reſurrec
tionis oſtendens. Hec a clemente dicta non ſolum ad ſcientiam
rerum. ſed ad utilitatem legentium profutura. hunc in noſtris
quoq; libris teneant locum. Cap. xxiii.

a Ge iam etiam huius apoſtoli que ſint ſcripta que in auc-
toritate habeantur cum his pariter explicemus. Eſt igit̄
primo euangelium nominis ipſius. qđ in omni orbe perſonuit
Quod aūt poſt cetera tria euangelia quarto aueteribus ſtatutū
eſt loco. hec erit ratio. Venerabiles & uere deo digni apoſtoli
criſti cum eſſent in omnibus puritate uite & animi uirtutibus
clari non magnipendebant ſermonis ornatum. Quippe in qui
bus anima erat diuinis ornata uirtutibus. ſimul & ſignoꝝ gra-
tia que eis a domino noſtro ieſu criſto conceſſa fuerat. confiten
tes. non ſuaſoriis humane ſapientie uerbis. ſummam predicatio
nis dominice collocabant. ſed in oſtentatione ſpiritus & uirtute
per quam mirabilibus conſumatis / & uerborum ſuorum fide
facta uniuerſo orbi regni celorum ſcientiam tradiderunt. parui-
ducentes plures libros condere quod huiuſcemodi predicatiōis
aſſertio. non argumēto humani ſermonis. ſed adſtipulatione di
uine uirtutis indigeat. Cap. xxiiii.

Eniq; Paulus qui inter omnes Apoſtolos erudi-
d tior etiam in uerbis uidetur & in ſenſibus pre
potens non amplius quam paruum epiſtolarum
ſuarū corpus

2009 Ministerio de Cultura

 

ſuarum corpus reliquit. que utiq; immenſa continerent intra ſe atq; innumera ſacramēta. utpote qui etiā uſq; ad tertiū celum raptus. que gererent inſpexerat. Et in ipſum quoq; deo dignum paradiſum abductus. audierat ibi ineffabilia uerba & doctrinā q̄ cūq; illa inibi eſt. ſiue corporeus ſiue incorporeus illius interim ſchole diſcipulus effectus exceperat. Sed & reliqui dnī ac ſaluato ris noſtri diſcipuli. nō ſolū ex illis duodecim. ſed & ſi qui extra numerū hunc. de ſchola tamē dnī & ſaluatoris noſtri ſermonem aliquē diuinitus inſpirati memorie reliquerūt. breuē hunc & ſuc cinctū ꝑ oīa eſſe uoluerūt. Igit̄ ex ipſis diſcipulis dnī Matheus tā tūmodo & Ioānes ad ſcribendū appuliſſe animū tradunt̄. neceſſi tate quadā in hoc ipſum prouocati. Matheus enī primo hebreis predicauerat. Verū cū pararet trāſire ad gētes. patria lingua ſcri ptură cōpoſuit. & ea que predicauerat cōprehendens: dereliquit his ad memoriā a quibus proficiſcebatur ut gentibus predicaret. Poſt hūc luce & marci ſcriptura euāgelica. ſcđm eas cauſas quas ſuperius diximus editur. Ioannē uero tradunt uſq; ad ultimum pene uite ſue tempus. abſq; ullius ſcripture indiciis euangelium predicaſſe. Sed cum horum trium euangeliorum. etiā ad ipſum noticia perueniſſet. probaſſe quidem dicitur fidem & ueritatem dictorum. Deeſſe tamen uidit aliqua & ea maxime que primo predicationis ſue tempore dominus geſſerat. Certū eſt enim ꝙ in ſuperioribus tribus euangeliis. hec uidentur ſola contineri. q̄ ab eo geſta ſunt anno quo Ioannes baptiſta uel incluſus eſt in carcere uel punitus. Deniq; ſi obſerues. ſtatim ininitio narratio nis poſteaq̄ refert matheus de quadraginta dierum ieiunio. & de temptatione eius. continuo ſubicit dicens. Audiens autē quia Ioannes traditus eſt deceſſit de iudea & uenit in galileam. Sed & marcus ſimiliter poſteaq̄ īquit traditus eſt Ioannes. uenit ie ſus in galileam. Lucas uero etiam priuſq̄ incipiat aliquid de acti bus referre ieſu dicit. qa adiecit herodes ſuper oīa mala q̄ geſſe rat & concluſit Ioannē ī carcerē. Quia īquā ab his hec uidebāt̄ omiſſa rogatus dicit̄ Ioānes apoſtolus. ut ea q̄ preterierāt prio res āte traditionē Ioānis ſaluatoris geſta cōſcriberet. Et ideo dicit

in euāgelio

Matheus hebraice ſcripſit.

2009 Ministerio de Cultura

in euãgelio ſuo.hoc fecit iniciũ ſignoꝝ ieſus. Et iteꝝ in alio loco indicat dicens.Nondũ enĩ Ioannes miſſus erat in carcerẽ.Ex q-bus cõſtat qđ ea q̃ anteq̃ Ioannes traderet̃ ab ieſu fuerãt geſta deſcribit.Et ideo ſiqs hoc diligẽtius cõſideret.euidẽter ĩuenit nõ ſibi euãgelia diſſonare .ſed alterius tẽporis geſta eẽ q̃ ſcribit Ioãnes.alterius uero q̃ ceteri.Vnde qa natiuitatẽ ſcđm carnẽ ſaluatoris uel matheus uel lucas deſcripſerãt.reticuit hoc Ioãnes. & a theologia atq; ab ipſa eius diuinitate ſumit exordiũ. Que pars ſine dubio ipſi uelut eximio ꝑ ſpm̃ ſanctũ reſeruata ẽ.Hec ẽt de euãgelio Ioãnis dicta ſint.De marci uero euãgelio.ſufficienter ſupra cõprehẽſũ ẽ.Lucas uero ĩinitio euãgelii ſui cãm cur ſcriberet ĩdicauit.Videlicet qm̃ multi alii temere preſũpſerãt enarrare. q̃ ſibi magis erãt ad liqdũ cõpta.Volẽs ergo abſtrahere nos a ceteroꝝ narratiõibus.fidẽ facit per ſe cõſcripte ueritati. certus ꝙ eã uel paulo exponẽte uel aliis apoſtolis q abinicio ipſi uiderãt ac ſibi tradiderãt cõſecutus ſit.& hãc nobis per ꝓpriũ euãgeliũ tradat.Hec a nobis ẽt de luca breuiter dicta ſint.Oportunius uero & plenius ĩ tẽpore ĩſertis his q̃ antiqui auctores ſcripta reliqrũt. ut ſe cũcta habeãt ĩdicabimus.Ioãnis tamẽ extãt preterea & epiſtole.de quaꝝ prĩa.neq; ab ãtiqs ũquã.neq; apoſteris dubitatũ ẽ De reliqs uero duabus & de reuelatõe.ẽt nũc anceps ſentẽtia habet̃. De qbus ut dixi & a ueteribus dubitatũ ſuis ĩ locis ipſorũ uocibus approbabimus.Vt ergo quãdoqdẽ ĩ hos deuenimus locos.omnẽ noui teſtamẽti canonẽ deſignemus. Prĩo nobis oĩum euãgelioꝝ celeſtis quadriga iũgat̃.His actus apoſtoloꝝ copulet̃. Poſt hos pauli epiſtole ſocient̃.Cõſequãt̃ uero has.prĩa Ioannis epiſtola.Similiter & petri prĩa. Hec ſũt de quibus nulla unquã ꝓrſus extitit dubitatio.Sequẽti loco iã ſũt illa de qbus a nõnullis dubitatũ ẽ.Reuelatio Ioãnis.de qua quid ſinguli ueteꝝ ſenſerint.ſuis ĩ locis oſtendemus.Et epiſtola iacobi.ſed & iude. Petri quoq; ſcđa.& itẽ Ioãnis ſcđa & tertia.ſiue hee ipſius euãgeliſte.ſiue ẽt alterius eius cognoĩs oſtẽdãt̃.Poſt hec iã ſcript̃a ẽ q̃ dicit̃ actus pauli .Sed & libellus q appellat̃ paſtoris.& reuelatõ petri de qbus q̃maxiẽ dubitat̃.fert̃ ẽt barnabe eplã & doctrĩa q̃ dicit̃ apoſtoloꝝ.

Quidã

2009 Ministerio de Cultura

Quidã aũt his ſotiant etiã euãgeliũ qđ dicitur ſcđm hebreos. Quo precipue utunť illi hebrei q chriſtũ ſuſcipe uidẽť. ſed ĩ ec cleſia ei cõtradiciť. Que oĩa tamẽ a nobis neceſſario enumerata ſũt. ut abſq; ulla ãbiguitate clareſcerẽt. q̃ ſint ĩ ueteri auſtoritate & q̃ ſint ĩ qbus uel cõtradictio aliqua uel etiã cũctatio. cũ tamen a quãplurimis eccleſiis recipiãť. ſoleat admitti. Sed & de illis ſciẽ dũ ẽ q̃ ſub noĩe apoſtolorꝝ ab hereticis ꝓferũť. uelut petri & tho me & mathie. & ceterorꝝ ſimiliter apoſtolorꝝ actus q̃ appellant euãgelia. Sed & andree & ioãnis atq; aliorꝝ apoſtolorꝝ actus. qui nuſq̃ ꝓrſus ĩ ſcripturis ueterꝝ. eorꝝ dũtaxat q apoſtolis ſucceſſe rũt. aliqua mẽtio eorꝝ aut cõmemoratio habeť. In qbus & ipſe ſtilus. multũ ab eccleſiaſtica cõſuetudĩe deprehẽdiť eẽ diuerſus. Senſus quoq; ipſe & oĩa q̃ ĩ his inſerũť. lõge ab apoſtolica diſſo nãt fide. Ex quo figmẽta eẽ prauitatis heretice cõprobãť. Vnde nõ inter illa quidẽ de quibus dubitari diximus collocanda ſunt. ſed ut aliena penitus & a pietatis regula diſcrepantia propellẽda Verũ ad hyſtorie ordinẽ redeamus. Cap. xxv.

i Giť ſimoni mago menander ſuccedit. ſcutũ diaboli nõ ĩfe rius prio. Et ipſe ſamarites genere. In arte ãt magica ſolus reptus ẽ. q nõ modo ęqparare. ſed & ſupgredi ĩpietatẽ magiſtri poſſet. Maioribus qppe portẽtis efferebať ſemetipſũ ſaluatorẽ dicẽs. ad hoĩm ſalutẽ de celeſtibus & ĩuiſibilibus ſeculis deſtina tũ. Aſſerẽs nõ aliter poſſe unũquẽq; ãgelos ſeculi uicere. niſi pri us a ſemet magice artis p ordinẽ ſuſcipet diſciplinã. & p baptiſ mũ a ſe datũ ĩmortalis & eternus effectus ĩ hac uita ꝑpetnus fi eret. q̃ oĩa ex libris Hyrenei uolẽtibus ſcire ꝑfacile ẽ. Sed & Iuſti nus ĩ his ipſis ĩ qbus ſimonis fecerat mẽtionẽ. ẽt de hoc talia q̃ dã ſcribit. Menãdrũ quẽdã ſamaritanũ ex uico capparatthea ſi monis diſcipulũ. ſtimulis demoniacis ĩcitatũ ueniſſe antiochiã. & quãplurios p artẽ magicã decepiſſe ſcimus. q hoc ẽt ſuadere po tuit ſectatoribus ſuis. qđ nõ eẽnt morituri. Ex qbus ĩ hodiernũ ſũt aliq ex illo eadẽ cõfitẽtes. qđ ẽ uere diaboli cõmẽtũ. ut hoĩes magi chriſtiãorꝝ ſibi nomẽ ĩponerẽt quo p hoc ſanctũ & uenera bile religiõis noſtre myſteriũ macularẽt. q tam irridẽt & ſpnũt

eccleſiaſtica

2009 Ministerio de Cultura

eccleſiaſtica dogmata.uel de immortalitate anime. uel de reſurrectione mortuoꝶ. Verum hi talibus freti auctoribus de ſpe ſalutis & uite penitus exciderūt. Cap.xxvi.

S Ed & alios idem demon quos ab amore chriſti ſeparare nō poterat.alia nihilominus arte decepit . idē ebioneos q interpretant̃ pauperes. Vere enī pauperes ſunt & egeni in ſcientia glorie chriſti. Quoniāquidē ſolū eum hominē putant. & perfectum uite ac uirtutis uirū iuſtum effectū. Cōmuni etiā natiuitate ex uiro & femina ꝓcreatum. Cuſtodiendā uero cenſentes etiā legis obſeruantiā. nec ſufficere ad ſalutē ſolā chriſti eſtimāt fidē. Quidā tamē ex ipſis refugiunt hanc impietatem. ut ex uiro & femina aſſerant eum natū.ſed cōfitentur de ſpiritu ſancto & maria uirgine. Nec tamen ſemꝑ eum fuiſſe deū & uerbū ac ſapientiam dei fatent̃. Corporalē uero legis obſeruantiā cuſtodiunt. Apoſtoli autē epiſtolas oēs pariter reſpuunt. & ipſū apoſtatam legis appellant. Vtunt̃ & euāgelio uno quodā qđ ſcđm hebreos appellat̃. Cetera oīa nihil ducunt. Sabbata cū iudeis ſecundū legē.nobiſcum dominicā diem ſacratā ꝓ reſurrectione domini obſeruant. Vnde cōpetenter ebionite ꝓ paupertate intelligentie compellati ſunt. Cap.xxviii.

H Iſdē tēporibus ēt alterius hereſeos ortū pricipē cherinthū accepimus. De quo gaius cuius iā in ſuꝑioribus fecimus mētionē.ī diſputationū ſuaꝝ dialogo ita ſcribit. Sed & cherinthus inqt ꝑ reuelationes quaſdā quas uelut a magno apoſtolo cōſcriptas.& ꝑ angelos ei reuelatas putaret.alia q̄dā portenta nobis ītroducit. Poſt reſurrectionē terrenū dicit futuꝝ eē regnū chriſti ī hieruſalē. Et hoīes ī carne iteꝝ cōcupiſcētiis & uitiis ſubiectā cōuerſationē habituros. Cōtra fidē quoqꝫ ſcripturaꝝ quoſdā mille annos deſignat. in qbus multa qdē & alia corruptiōis oꝑa & nuptiaꝝ feſtiuitates dicit fut̃as ad eos q libidini ſūt dediti decipiēdos. Sed & dioniſius cū de Ioannis reuelatione diſſereret. & quedā ſcđm ea que antiquitus eccleſie tradita fuerant diſputaret.mentionē facit huius ipſius uiri in his uerbis. Cherinthus inquit a quo & cherinthiana hereſis oborta eſt. figmenti ſui

auctoritatē

2009 Ministerio de Cultura

auctoritatem magni noīs adquirere. ſecundum ſcripture huius prauam intelligentiā geſtiebat. Quippe cuius hec erat hereſis ut affirmaret terrenum futurū eſſe criſti regnum. Et quia erat uentri & gule ac libidini deditus. ea futura decernebat. que ſibi propria libido dictabat uentris & eorū que ſub uentre ſunt incitamenta. cibis. potibus nuptiis. predicabat explenda. Et ut aliquid ſacratius dicere uideretur. legales agebat feſtiuitates rurſū celebrandas. & hoſtias carnales iterum iugulādas. Hyreneus uero ſecretiora ipſius heretici in primo operis ſui libro publicauit Que inde diſcat. ſiqui plenius ſcire uult. Cap. xxviii.

ſ Ed & alia hereſis que appellatur Nicolaitaꝝ. per pauco tēpore tenuit. Cuius etiam in reuelatione Ioannis mētio facta eſt. Iſti Nicolaum unum ex illis qui cum Stephano ab apoſtolis conſtituti ſunt diaconi auctorē ſe habere iactabant. Sed Clemens alexandrinus in tertio libro ſtromatum hec de eo ſcribit. Pulchram īquit ualde hic uxorē habuit. & poſt aſcēſionem domini & ſaluatoris noſtri cum increparetur ab apoſtolis tanq̄ de zelotipie iniuria. productam ī medium uxorem ſuam ſi quis eam uellet habere permiſit. Ex qua occaſione iſti conſequens putauere. ut ſecundum hoc factum uel dictum Nicolay. unuſqſq; carne ſua in quo delectaret abuteretur. Et obtinentes dictū uel factū ſimpliciter uel innocenter. abſq; ulla reuerētia promiſcuos nunc & inlicitos concubitus expetunt. hii qui ſub illius nomine ſectam ſibi proprie libidinis aſſumpſerunt. Mihi autē comptum eſt Nicolaū nullā prorſus agnouiſſe mulierē. preter eā quam in matrimonio acceperat. Cuius etiam liberi. femine quidem uſq; ad ultimam ſenectutem caſta uirginitate durauerunt: filius aūt ipſius ſanctitatem incorrupti corporis cuſtodiuit. Que cum ita ſe habeant. conſtat illud quod in medio apoſtolorum pro zelotipie ſuſpitione produxit uxorem ex contēptu uitii uel libidinis geſtum. quo per hec continentem ſe oſtenderet eius rei quam nimie putabatur expetere. contēnendam magis quam expetendam carnis edocens uoluptatem. Quoniam quidem nolebat ut opinor ſecūdū ſaluatoris preceptū duobus dn̄is ſeruire. libidini

et deo

2009 Ministerio de Cultura

uere ſecurum . Hec ille primo tacitus audiuit . ſed ubi per-
ſiſtebāt . ait ad eos . Quid multis opus eſt . Facturus nō ſum
qđ dicitis . At illi poſtea quam nihil ſe profeciſſe ſenſerunt .
indignatione commoti . cum contumelia eum uehiculo detur-
bant . ita ut pedem lederet preceps actus . Sed quaſi nihil
fuiſſet iniurie . tota alacritate contentus . pergebat ad ſtadi
um quo duci fuerat imperatus . Cum uero tumultus ingens
inſtadio ex ingreſſu eius fuiſſet exortus . uox e celo delapſa
eſt . Fortis eſto Policarpe . & uiriliter age . Sed auctorem qui
dem uocis uidere potuit nemo . auditus tamen ad plurimos
uenit . Interea animatur ad furorem tumultus populi . ui-
dentes quia Policarpus introducitur . Cumq; eminus a pro
conſule interrogaretur ſi ipſe eſſet Policarpus . ſe eſſe confi
tetur . Ergo inquit habeto etatis tue reuerentiam . & parce
ultime ſenectuti tue . Iura fortunā Ceſaris . gerēs de prioribus
penitudinem &

2009 Ministerio de Cultura

penitudinem . & conclama etiam tu . tolle ſacrilegos . Tum Policarpus toruo uultu ad populum qui inſtadio reſidebat aſpiciens , eleuata ad celum dextera . cum gemitu proclamauit & dixit . Tolle ſacrilegos. Sed inſiſtente proconſule & dicente iura fortunam Ceſaris.& dic in criſtum conuitia.& dimitto te. Policarpus ad hoc . Octoginta inquit & ſex annis ſeruio ei . & nihil me leſit unquam . quomodo poſſum maledicere & blaſphemare regem meum.qui ſalutem mihi dedit? Cumq; rurſus uehementius urgeretur ut fortunam Ceſaris iuraret . ſi hanc inquit iactantiā queris ut ego fortunā Ceſaris iurem.& qui ſim ignorare te ſimulas . omni libertate audi a me quia criſtianus ſum . Si uero etiam rationem uis criſtiane religionis accipere ſtatue diem & audi . Proconſul dixit . Suade hoc populo . Policarpus ait . Tibi quidem reſpondi . Docemur enim principibus & poteſtatibus his que a deo ſunt honorem deferre.eū ſcilicet qui religioni non ſit contrarius . Populo autem furenti ſatiſfacere non eſt meum. Proconſul dixit . Beſtias habeo paratas.qbus ſubitieris.niſi cito penitueris.At ille reſpondit.Adhibeantur.Nobis enim immobilis ſtat ſententia.nec poſſumus de bono ad malum perpenitudinem commutari . Melius autē erat ſi hii mutarentur ad bona.qui perſeuerant in malis. Tum proconſul inquit. Igni te faciam conſumi.ſi tibi beſtie contēpnende uidētur.nec propoſiti recipis penitudinē At ille.Ignē minaris inquit hūc qui admomentum incenditur . & paulo poſt extinguitur . quia ignoras futuri iuditii ignem eternum . qui ad perpetuas penas preparatus eſt impiorum . Sed quid moraris Adhibe utrum uoles . Hec & multa alia his ſimilia dicens Policarpus.confidentia ſimul & letitia replebatur . ita ut alacritatem uultus eius . reſponſionumq; conſtantiam proconſul maximo ſtupore miraretur . Miſſo igitur curione ad populum iubet uoce maxima proteſtari . Policarpum tertio confeſſum criſtianum ſe eſſe . Quo audito uniuerſa multitudo

tam gentilium

2009 Ministerio de Cultura

tam gentilium quam iudeorum Smyrnenſium ciuitatis . cum
ingenti furore adclamabant. Hic eſt totius Aſie doctor .& pa
ter criſtianorum. noſtrorum autem ſubuerſor deorum. Ipſe eſt
qui multos docet ne īmolent. ne ue adorent deos. Et poſt hec
uerba adclamabant philippo munerario . ut leonem policarpo
dimitteret. Qui reſpondit non ſibi licere. quia iā editionis ſue
munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamare. ut policar
pus uiuus arderet. Oportebat enim uiſionem eius quā de ar-
dente ceruicali uidit impleri . Que cū dicto citius gererentur .
ipſis populis ligna uel de balneis uel de publicis quibuſqꝫ locis
& ſarmenta congregantibus . precipue iudeis ardentius in
hoc ex more feruentibus. cum omni uelocitate extructus eſt ro
gus. Tum depoſitis ſenior indumentis. ac zona reſoluta. calcia
menta quoqꝫ pedibus temptabat educere. que nunquā niſi a re
ligioſis quibuſqꝫ fide & deuotione ſemetipſos inuicem preue-
niētibus reſolui conſueuerant. Ita namqꝫ in oī etiam reliqua ui
ta ſua uenerabiliter ab omnibus colebatur . Vt ergo expedita
ſunt que ad ignem pertinebant . cum eum uellent rogo impo
ſitum etiam clauis affigere ait . Sinite me. Qui enim dedit mi
hi ignis ferre ſupplitium. dabit ut & ſine clauorum affixione flā
mas immobiliter perferam. Tum illi omiſſis clauis. uinculis uſi
ſunt ſolis. Quibus poſt tergum manibus reiunctis. uelut elec-
tus aries & ex magno grege aſſumptus. acceptabile holocauſtū
omnipotenti oblatus eſt deo . has preces etiam in ipſa paſſione
profundens . Cap. xv .

d Eus dilecti & benedicti filii tui Ieſu criſti pater. per quem
tui agnitionem ſuſcepimus . Deus angelorum & uirtutum . &
uniuerſe creature. ac totius iuſtorum generis. qui omnes coram
te uiuunt. Benedico te qui me in hanc diem perducere digna-
tus es. ut particeps exiſterē martyrum . & calicis criſti tui. in re
ſurrectionē uite eterne aīe ac ſpiritus dei mei per īcorruptionē
ſpiritus ſancti . ī qbus ſuſcipiar ī cōſpectu tuo hodie. tāq̄ ſacrificiū
pingue & acceptabile. ſicut preparaſti & preſignaſti ita & feciſti.

Verus es tu

2009 Ministerio de Cultura

Verus es tu.& ſine mendatio deus.Propterea & in oībus laudo te.& benedico te.& glorifico te.ꝑ eternū deū & pontificē Ieſum criſtū dilectū filium tuū. per quē. & cum quo tibi in ſpiritu ſā cto gloria eſt nunc & īinfinita ſecula. Et cum amē inſonuiſſet. oratione completa ſubitiunt ignem homines ignis eterni ignari. Cūq; flamma ingens reluxiſſet. uidimus miracula omēs nos quibus ea deus uidere conceſſit. Ex quibus & quāplurimi a domino ad hoc reſeruati ſunt.ut adnuntiarent ceteris que uiderūt Flamma etenim in modum camere curuata. ſpecie quaſi ueli nauis uento ſinuati. ſupra corpus martyris ſtetit. Quodcorpus in medio poſitum. non erat ut caro ardens. ſed tanquā ſi aurum aut argentum infornace candeſceret. Tūc preterea odorem naribus hauſimus. tanquā turis īcenſi.uel precioſiſſimi fragrantis unguenti.Ad ultimum uidentes ſcelerum miniſtri igni corpus non poſſe conſumi. iuſſere propius accedere confectorē & corpus cui ignis ceſſerat .mucrone tranſfodere. Quo facto tam largus profuſus eſt ſanguis. ut reſtingueret rogum. Populus autem miraculi ſtupore deſceſſit attonitus.erga electos dei tam inſigni eius fauore perſpecto. Hic eſt ergo admirabilis & electus temporibus noſtris magiſter apoſtolicus. & prophetichus Smyrneorum eccleſie ſacerdos. Qui omne uerbum ꝙ locutus eſt. & impletum eſt. & implebitur in futuro. Sed ille emulus totius bonitatis. & aduerſarius omnium iuſtorum.poſt quam uidit quod & pro martyrii gloria & pro uite egregie uirtutibus coronatus eſt.& per mortem premia inmortalitatis indeptus.ſatis agere cepit.ut reliquias eius ad ſepulturam noſtris deſiderantibus nemo concederet. Inſtigabatur ergo Niceta herodis pater.frater autem Dalce.adire iudicē. & petere ab eo ne humandum concederet corpus. ne forte inquit relinquentes illum qui crucifixus eſt. criſtiani hunc colere incipiāt. Iudeis maxime iſta machinantibus. qui & noſtros intentis oculis obſeruabant. ne eum flammis adhuc ardentibus raperent. Ignorantes miſerrimi.qa neq; xpūm aliquando poſſumus derelinquere

qui mortem

2009 Ministerio de Cultura

qui mortē pro totius mundi ſalute ſuſtinuit.neq; aliū quenq̃ colere q uerū deū & q ſolus colēdus ſit nouerius. Martyres uero tāq̃ diſcipulos domini diligamus & ueneremur.quaſi ītegrā fidē magiſtro ſeruantes & domino.quorum nos quoq; infide & perſeuerantia caritatis optamus eſſe participes. Vbi autē uidit centurio tam obſtinatam iudeorum contentionem. poſitum in medio ipſum corpus exuſſit.& ita nos poſtmodū ambuſta oſſa precioſiſſimis gemmis cariora.& omni auro probabiliora per ignem facta collegimus ac ſicut cōueniebat ex more cōdidimus. Quo in loco etiam nunc preſtāte domino ſollēpnes agimus celebreſq; conuentus. Maxime quidem in die paſſionis eius. Sed & cum eo eorum memorias qui prius paſſi fuerant celebramus. ut ſequentium animi adpreceſſorum uiam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hactenus de beato Policarpo.Cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia uenientes.apud Smyrnam martyrio conſumati ſunt. Sed in eadem epiſtola continebatur etiam de aliis quam plurimis eiuſdem temporis martyribus intexta narratio In quibus refertur poſt Policarpum.q etiam Metrodorus quidam ex Martionis hereſi preſbiter igni ſit traditus.Inter ceteros autem qui per idem tempus martyres extiterunt famoſiſſimus inibi refertur quidam Pionius nomīe. Cuius per ſingulas interrogationes reſponſionum cōſtantiam.& profide noſtra ad populum orationes.quāq; apud iudices interritus ſēper aſtiterit docens & diſputans etiam in ipſis tribunalibus. utq; his qui in perſecutione titubauerant. cohortationibus ſuis ad conſurgendum dexteram dederit.& in carcere poſitus qualiter ingreſſis ad ſe fratribus animos ad martyrii tollerantiam roborarit. quos ue etiam ipſe pro martyrio tulerit cruciatus. utq; ſit clauis affixus. & ardenti rogo ſuperpoſitus.& ut in his beatum uite fecerit finem. Si quis uult plenius ſcire ex illa que a nobis de antiquis martyribus ſcriptura compoſita eſt plenius diſcet. Poſt hec etiam aliorum apud Pergamum Aſie urbem martyrum geſta referuntur. Carpi cuiuſdam & Papirii.& Agotonice optime femine aliarumq; multarum que

pro beatis confeſſiōibus

2009 Ministerio de Cultura

pro beatis confeſſionibus martyrio coronate ſũt. Cap.xvi.

c Vm quibus & uir mirabilis de quo paulo ſuperius feci- mus mentionem. Iuſtinus cũ ſecundũ iam librum pro reli gionis noſtre defenſione conſcriptum. temporis illius iudicibus obtuliſſet. remuneratione lingue fidelis & erudite martyrii mu nus accepit. quodam philoſopho Creſcēte nomine cane tam pro feſſione quam moribus. dolos uiro inſidiaſq; tendente. Quo niam quidem ſepe cum eo diſputans. auditoribus mediis. non ſolum obtinuerat eum. uerum & uehementius ueritate ſibi ſuf fragante confuderat. Vnde & uictorie ſue palmã martyriũ per- cepit a domino. Hoc autē ita futurum. etiam beatus ipſe uerus philoſophus ueritatis in ea defenſione quam ab eo conſcriptam ſupra diximus. aperte ſicut erat futurum prophetica mente pre dixit his uerbis. Nam & ego inquit ipſe Rome ab aliquo horũ quibus pro ueritate obſiſto inſidias me eſſe paſſurum ſpero ba culo aut claua feriendũ. Certe uel acreſcente hoc. nõ philoſopho ſed philocõpo. ideſt non amatore ſapientie. ſed amatore iactãtie Neq; enim dignum eſt philoſophum nominari eum. qui de his que neſcit publice proteſtatur. & criſtianos ſine deo eſſe & im- pios dicit. ad gratiam & libidinem eorum quos in errore poſitos ipſe maioribus laqueis erroris ĩuoluit. Si enim ignoratur ab eo criſti doctrina. & ea arguit que ignorat. nequiſſimus eſt. & impe ritis multo nequior. quia imperiti uel idiote obſeruant ne di ſputare audeant de his que ignorant. & de illis teſtimoniũ per- hibere que neſciunt. Si uero legit que apud nos ſcripta ſunt & aut non intellexit eorum uirtutem aut intellexit quidē. ſed diſ- ſimulat. ne & ipſe ſuſpectus habeatur intalibus. multo nequior & deteſtabilior iudicandus eſt. qui imperiti uulgi captans fa- uorem. ueritatis ac pietatis quam probat hoſtis exiſtit & pro- ditor. Nam & propoſuiſſe me ei ſciatis quedam. ex quorum reſponſionibus nihil ſcire conuictus eſt. Et intantum ſunt uera que dico. ut putē uobis etiã q̃ſtionis habite ĩter nos diſputatiões allatas. Ex q̄bus aptiſſīe dignoſcit̃ q̃ noſtra ſũt pēitus ignorare. Si uero nec dũ uenerũt hec ad notitiã ueſtrã. paratus ſũ rurſũ

uobis audientibus

2009 Ministerio de Cultura

uobis audientibus diſputare. Hec ſunt beati Iuſtini uerba. in quibus ſecundum ea que predixerat. per Creſcētis inſidias martirio conſumatus eſt. Tatianus quoq; uir eruditisſimus imprima etate ſua cum magna admiratione oratoriam docēs. ex qua & non parum glorie queſierat. poſtmodum ad noſtra ſtudia ſe conuertens. libros etiam ipſe aduerſum gentes dignos memorie dereliquit. in quibus Iuſtini meminit his uerbis. Sed & admirabilis inquit uir Iuſtinus. ſatis recte proſecutus eſt. ſimiles iſtos dicens eſſe latronibus. Et poſt aliquanta cū de philoſophis quedam dixiſſet. addit etiam hec. Creſcens deniq; ille qui obſedit urbem magnam in puerorum quidem ſtupris omnes preibat in pecunie autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem uero cum ceteris contempnendam ſuaderet. ipſe tam peſſimā de ea opinionem gerebat. ut Iuſtinum tanquam ultimo malo traderet morti. pro eo quod ueritatem predicans. uoluptuoſos & deceptores philoſophos arguebat. Cap. xvii.

i Dem quoq; Iuſtinus priuſquam propriū deſudaret. alioꝝ qui ante ſe martires extiterūt deſcribens agones. in prīo defenſionis ſue libro. talia quedam refert. Mulier ait quedam coniuncta erat uiro turpi. que & ipſa prius turpiter uixerat. Hec poſtquam criſti precepta cognouit. pudica effecta uiro quoque pudicitiā perſuadebat. ſuggerens ei ſcriptum eſſe in criſtianorū preceptis eternas imminere penas his qui pudicitiam in uita ſua iuſtitiamq; contempſerint. Sed ille in eadem obſcenitate perſiſtens. actibus iam ſuis alienam a ſe fatiebat uxorē. Quippe cum nefas eſſe mulier eſtimaret. in eius mariti contubernio permanere. qui nature lege contempta. nouas uias libidinis exquirebat Statuit igitur repudiare iura coniugii. Sed propinquis interuenientibus. & de mariti emendatione pollicentibus. compulſa eſt in eius rurſum cōſortio reſidere. Verū ille poſt hec Alexandriā profectus. cum turpius agere atq; inceſte uite maiora nuntiaretur augmenta queſiſſe. mulier ne ultra in coniunctione eius manēs particeps inceſti hominis haberetur. libello ei repudii dato diſcedit. Tum ille egregius maritus. quem gaudere oportuerat

ꝙ in tantum

2009 Ministerio de Cultura

ꝙ in tantum uxoris ſue caſtitas profeciſſet .ut non ſolum ni-
hil turpe committere.ſed ne mariti quidem patiēter ferre tur
pitudinem poſſet.a quo emendationem refutante pro caſtimo
nie amore diſceſſerit.nouo criminis genere pro caſtitate accuſat
uxorem. Criſtiana inquit eſt.Et illa quidem libellū tibi optulit
Imperator.ut primo permitteretur ei rem familiarem ordinare
tum deinde reſponderet obiectis.quod & indulſiſti. Verum ma
ritus cum mulierem non poſſet arguere in Tholomei cuiuſdam
exitiū qui magiſter mulieris in criſtiana religione fuerat tali ar-
te conuerſus eſt . Amicum habebat centurionem quendam
huic perſuadet ut percōtaretur a Tholomeo ſi Criſtianus eſſet.
Hoc tantum Tholomeus tanquam amator ueritatis . nequa-
quam gloriam ſue profeſſionis occultans percontanti Criſtia-
num ſe eſſe confeſſus eſt . Hunc continuo centurio in uincula
coniecit.& multo tempore ſqualore carceris maceratum ad ulti
mum Vrbitio iudici obtulit.A quo ſimili modo hoc ſolum in-
terrogatus eſt Tholomeus.ſi eſſet criſtianus.Qui rurſum tanti
boni ſibi conſcius diuinam religionem pretulit.& de Criſti ma
giſterio ac totius boni inſtitutionibus.publica confeſſione teſta
tus eſt. Qui enim negat quod eſt.ſine dubio culpabile iudicat
eſſe quod negat.Continuo igitur poſt confeſſionem ab Vrbitio
duci iubetur ad mortem. Lutius autem quidam Criſtianus uir
uidens tam temere datam ſententiam.ait ad Vrbitium.Quid
queſo cauſe eſt ꝙ neq; adulterum.neq; corruptorem.aut homi
cidam uel latronem.raptoremq;.aut alterius cuiuſlibet facinoris
reum.ſed tantum pro noīe Criſtiani ꝙ hoc ſe uocabulo confeſ
ſus eſt nuncupari.ad mortem duci hoīem precepiſti? Non ſunt
hec digna pio Imperatori.nec ſapiētiſſimo puero filio eius. neq;
ſacro ſenatui que agis o Vrbici.At ille nihil aliud inquirens ait
ad Lutium.Videris mihi & tu Criſtianus eſſe.Cūq; Lutius reſ
pōdiſſet hoc plane ſum.etiam ipſum Vrbitius duci pariter iuſ
ſit ad mortem.Ille gratias ago īquit ꝙ me nequiſſimis dominis
abſolutum.ad bonum & optimum patrem. & regem omnium
deum remittis. Sed & tertius quidam pari mō libertate uſus

pari quoq;

2009 Ministerio de Cultura

pari quoq; ſententia punitus eſt. Poſt hec illa Iuſtinus adnexuit exordine. que pauloante retulimus. Ideſt & ego inquit ſpero me ab aliquo horū quibus pro ueritate obſtiti. inſidias eſſe p paſſurum. Et cetera. Cap. xviii.

Lurima aūt ſcripta nobis hic uir ſtudioꝝ monimēta dereliquit. quibus erudite eius anime ac diuinis dedite diſciplinis īditia colligamus. In quibus emolumēti plurimum inuenire poſſint. hii qui amorē doctrine & ſcientie gerūt. Extat igitur eius liber hic de quo ſuperius memorauimus ad Antoninū qui dicebatur Pius & filiū eius. ac ſenatū. pro noſtra religione conſcriptus. Sed & ſecūdus nihilominus defenſionē noſtre fidei cōtinens. quē ſcribit ad ſucceſſorē ſupraſcripti principis Antoninum uerū. cuius tēpora nūc cepimus explicare. Sed & alius liber eſt aduerſū paganos. in quo de ſingulis uel noſtris uel grecorū philoſophis conferens. diſputationē latiſſimā conſcripſit. Ibi etiā de natura demonū diſſerit quedā. que his inſerere longum eſt. Sed & alius liber eſt aduerſū paganos qui ſuperſcribitur confutatio. Eſt alius eiuſdē monarchica. quem non ſolū de noſtris libris ſed & de grecorū uoluminibus texuit. Eſt & alius qui ſupſcribitur pſaltes. Et alius uelut ī ſubnotatiōis modo de aīa in quo diuerſas queſtiones īſeruit ex his que apud grecorum philoſophos agitant. Quibus contradicturum ſe repromittit. & ſuā de his ſententiā ī illius reſponſionis uolumīe prolaturū. Compoſuit etiā dialogū quaſi cū iudeis. quē apud epheſum cū Triphone hebreoꝝ nobiliſſimo doctore habuit. In quo exponit quomō ipſe per diuinā gratiam ad credulitatē uere fidei perductus ſit. cum prius īmenſū ſtudium erga philoſophorum geſſerit diſciplinas. perquirende ueritatis amore detentus Simulq; refert de iudeis. quod aduerſum eccleſiā criſti inſidiis feralibus agant. & pro his ī ſimulat Triphonē dicens. quia nō ſolū non penituiſtis pro his que a uobis male geſta ſunt. ſed & uiros aptos adhoc elegiſtis de Ieroſolimis. & miſiſtis p oēm terram. qui circūirent & dicerent. impiā hereſim ſurrexiſſe criſtianoꝝ. ſimul & criminoſa quedā diffamarēt aduerſū nos. Quo

ſcilicet per hec

2009 Ministerio de Cultura

ſcilicet per hoc ignorantes quiq; deterriti . conſortia noſtra ui-
tarẽt . In quo non ſolũ uobis ipſis . ſed & aliis obpropria fingẽ
do cauſa mortis extitiſtis . Scribit aũt ꝗ uſq; ad ſua tẽpora.pro
phetie gratia ĩ eccleſiis floruit . Sed & apocalipſim Ioãnis apoſto
li eſſe dicit . Propheticis etiã quibuſdã utitur teſtĩoniis ad Tri-
phonẽ . conuincẽs eũ de his . ꝗ iudei abſciderint hec deſcriptu
ris & abſtulerint . Sed & multa eius alia apud quãplurimos fra
trũ ferunt . que ita probabilia ac digna aueteribus iudicata ſunt
ut Hyreneus ex ipſis inueniat aſſumere & in quarto aduerſum
hereſes libro . de his hoc modo ſcribere . Et bene inquit Iuſti
nus in eo uolumine quẽ aduerſũ Marcionẽ ſcribit proſecutus ẽ
dicẽs.quia ipſi dnõ nunquã adquieſcerẽ . ſi aliũ deũ diceret pre
ter oĩum creatorẽ . Et iterũ in qnto eiuſdẽ operis libro dicit.Et
optime inquit Iuſtinus affirmat . quia ante aduẽtũ dnĩ nunquã
auſus eſt ſathanas blaſphemare deũ. Q uippe qui nõdũ cogno
uiſſet dãpnationẽ ſuã . Hec aũt neceſſario nobis de opuſculis Iu
ſtini dicta ſint . ad ĩquiſitionẽ libroꝝ eius ſtudioſos quoſq; fide
i les prouocantibus . Cap. xviiii.

Gitur octauo anno ſupradicti pĩcipis Aniceto undecimo
anno epiſcopatus ſui defuncto.ſucceſſit Soter . Apud Alexan
driam uero Celadion quatuordecim annis miniſtrato ſacerdotio
a Agrippinum ſucceſſorem reliquit . Cap . xx .

Pud antiochiã uero Theophilus per idẽ tẽpus ſextus ab
apoſtolis.eccleſie pontificatũ tenebat . Vbi quartus poſt Hero
nem fuerat Cornelius Poſt quẽ quĩto gradu Heros ſucceſſerat
t Vnc etiã Egeſippus de quo ſupra memorauimus.ĩſignis
habebatur . & Dioniſius Chorinthioꝝ epiſcopus. Sed &
Pinitus nobiliſſimus apud Cretam in epiſcopis fuit. Philippus
etiã & Apollenaris . & Melito.Muſanuſq; & Modeſtus.& pre
cipuus Hyreneus . quoꝝ omniũ adnos uſq; apoſtolice fidei & ſa
ne doctrine preclariſſima monimenta perlata ſunt . Ca.xxii.
e X quibus Egeſippus in quinto cõmentarioꝝ libro . ubi
ſententiã ſue fidei pleniſſima cũ adſtructione deſignat .
indicat hoc etiã ꝗ cũ ad urbẽ romã pergeret . plurimis per loca
ſingula epis

2009 Ministerio de Cultura

ſingula epiſcopis in ſermone & caritate congreſſus . oı̄s eiuſdē fidei predicatores doctoreſqȝ repererit. Simul & de epiſtola Clementis ad corinthios ſcripta quedā cōmemorat . que etiā inſerere huic operi noſtro neceſſarium duxi . Ait ergo . Et permāſit inquit eccleſia corinthiorū in predicatione recta uſqȝ ad Primum epiſcopū.quē romā nauigans uidi & reſedi cum eo apud Chorinthum diebus multis . delectatus fidei eius puritate . Cū aūt ueniſſē romā permanſi inibi .donec Aniceto Soter .Soteri ſucceſſit Eleuterius . Sed in oı̄bus iſtis ordinationibus . uel in ceteris quas p reliquas urbes uiderā ita oı̄a habebāt̄.ſicut lex ātiquitus tradidit . & prophete indicarūt. & dominus ſtatuit . Idem ipſe etiā de hereticis qui ſuo tēpore exorti ſūt . talia quedā cōmemorat . Et poſtea quā inquit Iacobus qui cognomı̄atur iuſtus martyr effectus eſt.ſicut domı̄us etiā ipſe reddēs teſtimoniū ueritati.electione diuina Simeon Cleophe filius epiſcopus ordinat̄.electus ab oı̄bus.pro eo ꝙ eſſet cōſobrinus domini . Propterea aūt tunc ecclı̄a uirgo uocabatur.quia nondū fuerat adulterini uerbi ſubreptiōe corrupta.Sed Theobutes quidā qa repulſus nō meruit epiſcopatū.ipſe cepit ī initio perturbare oı̄a & corrūpere . q erat ex ſeptē hereſibus in populo cōſtitutus . Ex quibus erat & Simon.aquo ſimoniāi. Cleobius unde cleobiani.Et Dothitheus unde dothithani. Ft Gorgotheus.unde gorgotheni.Et Maſbutheus.unde Maſbutheni. Sed & Menander.unde Menādriani Ab ipſis & Marciōiſte.& Carpogratiani & Valētiniani &.Baſilide.& Saturniani. Quorū unuſquiſqȝ diuerſis corruptionibus fidei.ſeorſū ſciſma cōponēs.propriā ſectā & proprios habuit ſectatores.Ex ipſis proceſſere pſeudo Criſti & pſeudo prophete . & & pſeudo apoſtoli.qui in diuerſas partes fratrū unitatē ſcindentes.per corruptelā doctrine caſtū eccleſie cubile macularūt.ipietatem loquētes aduerſus dnm̄.& aduerſus Criſtū eius . Sed & antiquas iudeorū hereſes idē ipſe ſcriptor que uel quāte fuerint.p hec uerba deſignat. Erant inquit diuerſe ſententie in circunciſiōe.ideſt in filiis Iſrael.que maxı̄e aduerſabātur tribui iude ex qua xpūs eſt.Erāt ergo Eſſeni Galilei. Emerobaptiſte.Maſbutei

Samarite .Saducei

2009 Ministerio de Cultura

Samarite.Saducei.Phariſei.Sed & alia quāplurima ſcribit.de qui
bus exparte iā pro locoꝝ oportunitate inſuperioribus memora
uimus.Diſſeruit aūt & de euangelio ſecundū hebreos & ſirios .
Et quedā etiā de lingua hebraica diſputauit.& iudaicaꝝ traditio
num meminit.per que indicat ſe exhebreis ad fidē criſti ueniſſe
Verū & hic ipſe & Hyreneus.& oīnis antiquoꝝ chorus.librum
attitulatū ſapiētie Salomonis dixerūt.ſicut & prouerbia.Et ce-
tera.De apocriphis uero cū ageret aduerſus quoſdam hereticos.
corrupta in his quedā ac falſata eſſe perhibuit . Cap.xxiii.

ſ Ed ueniendū nobis eſt tandē ad beati Dioniſii cōmemora
tionē Corinthioꝝ ecclīe epī.cuius eruditione & gratia quā
habebat in uerbo dei.fruebātur non hii populi ſolū quos regen
dos acceperat.ſed & procul poſiti.quibus per eplās preſentiam
ſui reddebat.Extat deniqꝫ eius adlacedemōios ſcripta de catho
lica fide.inqua & de pace atqꝫ unanimitate florentiſſime edocet
Et alia ad Atheniēſes.inqua ad euāgelii credulitatē inuitat & cō
citat ſegniores ſimul & arguit quoſdā uelut pene prolapſos a fi
de.cū epūs eoꝝ Publius fuiſſet martyrio cōſūatus.Sed & Q ua
drati qui Publio martyri ſucceſſerat in ſacerdotio meminit . ſi-
mul & memorat.qđ labore eius & īduſtria reddiuiuus quidam
in eis calor fidei reparatus ſit.Et illud in eadem deſignat epiſto
la.ꝙ Dioniſius Ariopagites qui ab apoſtolo Paulo īſtructus cre
didit xpō.ſcđm ea que in apoſtoloꝝ actibus deſignātur . primus
apud Athenas ab eodē apoſtolo epūs fuerit ordinatus. Fert̄ &
alia eius epiſtola ad Nicomediēſes.īqua hereſim Marcionis īpu
gnat.& ecclīaſtice fidei regulā mirabili ratione cōſtituit. Scribit
& aliā ecclīe Gortinēſiū cereriſqꝫ ſimul eccleſiis Crete.īqua epi-
ſcopū ipōꝝ Philipphū uelut magnis uirtutibus & optimis ſtudiis
preditū ꝓteſtat̄.Dicit aūt ab hereticoꝝ cōuiuiis abſtinēdū. Scri
bit & aliā ecclīe Amaſtrenoꝝ.ceteriſqꝫ cū ea Pōti eccleſiis.inqua
Bachilidis & Helpirti meminit.tanq̄ q eū cohortati ſint ad ſcri
bendū.Et multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat·ſimulqꝫ epi
ſcopi eorum mentionē facit nomine Palmee.Sed & denuptiis &
caſtitate plurima cōmemorat.Et exquocūqꝫ lapſu reſurgentes &
cōuertentes ſe

2009 Ministerio de Cultura

conuertentes ſe a peccato.etiã ſi ab heretica peruesitate reſiliant ſuſcipi iubet.Coniũgit & his alia eius eplã ad Gnoſios.inqua cõ monet & deprecatur epm̃ eoꝝ Pynitũ.ne grauia honera diſcipu lorũ ceruicibus ſuperponat.ne uefribus neceſſitatẽ cõpulſe caſti tatis inducat.inquo nonnulloꝝ periclitetur infirmitas. Ad que reſcribẽs Pynitus Dioniſio ſentẽtiã quidẽ cõſilii melioris amplec titur. Simulq; obſecrat eũ.poſt illa que prius ſcripſerat robuſtio ris iã & ualidioris cibi decetero ſcripta trãſmittere.quibus adme liorẽ profectũ ecclĩe ſue populus aleretur.ne ſẽper cibo lactis in heretes.paruuloꝝ uitã in corpore iã ſeneſcẽte perdurẽt.Simul & recte fidei ſue inſignia.& ſollicitudinẽ quã erga curã plebis expẽ dit.eruditioniſq; ac ſapientie & uerbi diuini.in hac eplã Pynitus nobis uelut in quodã ſpeculo uiuentẽ ſui dereliquit imaginem. Dioniſii aũt fertur & alia ad romanos data ad epm̃ Soterem.In qua inſtituta antiqtus tradita in ecclĩa romana cuſtodiri libẽter ãplexũ.ſe his indicat uerbis. A principio nãq; moris eſt ĩquit no bis om̃s fratres uariis iuuare benefitiis.multiſq; eccleſiis que ſũt per diuerſa terraꝝ loca cuncta quibus indigẽt deſtinare.Singulo rum quoq; neceſſitates in oĩbus cõſolari. Sed & permetalla fra tribus relegatis.que uſus poſcit prebere. Hec abinitio romane eccleſie facere moris fuit.apatribus ſibi huiuſcemodi inſtitutiõe dimiſſa.& ſemp integre cuſtodita.Beatus uero epũs ueſter So ter.non ſolũ ſeruauit que patres tradiderãt. ſed & auxit in meli us. Qui nõ tantũ ſãctis que uſus corporalis poſcit ĩpartit.uerũ & aduenĩetes fratres clemẽti ſatis & mitiſſimo cõſolatur alloqo & tanq̃ Pium ſe ac religioſum patrẽ ſingulis exhibet. In hac ipã ſcriptura meminit etiã epiſtole Clemẽtis adcorinthios ſcripte.ſi gnificãs uetere inſtituto & antiqua conſuetudine ſemp ipſã epi ſtolã lectã eſſe in ecclĩa.Deniq; ſic dicit.Beatã ĩquit duximus ho diernã dominicã diem.inqua legimus epiſtolam ueſtram quã & ſemper ad noſtri cõmonitionem legimus.ſicut & illam priorem aclemente ad nos ſcriptam. Idem adhuc ipſe de epiſtolis ſuis tã quam falſatis a quibuſdam.hec ſcribit. Epiſtolas enim quaſdam fratribus rogantibus me ſcripſi. quas tamen apoſtoli ſathane

zizaniis repleuerũt

2009 Ministerio de Cultura

zizaniis repleuerũt.quedã auferentes alia autẽ addentes.quibus ue repoſitũ eſt in iuditio dei. Quid aũt mirꝝ ſi dnica uerba ſcẽ ſcripture falſare conati ſũt.qui uilia hec que nos ſcripſimus cor ruperũt.Fertur adhuc & alia preter iſtas Dioniſii ad Chriſopho rum fideliſſimã ſororẽ ſcripta.inqua cõueniẽtes uel ſexui uel mẽ ſure eius rõnabiles ei diuini uerbi exhibuit dapes. Sed de Dio‑ niſio ſatis dictum . Cap.xxiiii.

t Heophili uero quẽ Antiochie epm̃ ſupra diximus.ferunt̃ tres inſtitutionũ libri ad Autolicũ ſcripti.Et alius aduerſũ here ſim Hermogenis.inquo & teſtimoniis utitur de reuelatione Io‑ ãnis.Sed & alii extant eius inſtitutionũ uariarꝝ libri.Igitur ea tẽ peſtate hereticis per oẽm locũ zizanorꝝ modo pura uerbi dei ſe mina maculãtibus.& areas aplĩce doctrine adulterina admixtiõe fedantibus.ex oĩ parte ſacerdotes dnĩ uelut uigilãtes agricole.ex cutere eorꝝ & expurgare mala ſemina nitebant̃.& tanq̃ ſolliciti paſtores . inſidiantes lupos gregibus Criſti . clamoribus ſimul inſectationibuſq; repellere.cõmonendo fratres.inſtruẽdo. ſcribẽ do etiã longe poſitis.Ipſos quoq; interdũ ſicubi corã deprehẽdiſ ſent cõminus perurgendo.& uerborꝝ lucta ac diſputationũ certa mine proſternendo.Alii etiã poſteris cõſulentes.queſtiones eorꝝ & peruerſas obiectiones.editis cõmẽtariis cõfutando.Inter quos & Theophilus de quo nunc loquimur.non ignobili aduerſũ eos ideſt aduerſum martionẽ indicatur ex his que legimus diſputa tiõe cõgreſſus.Huic igitur ſeptimus ab apoſtolis in Antiochene ecclĩe ſacerdotio.Maximus ſucceſſit.Sed & Philippus quẽ Gor‑ tinenſis ecclĩe epm̃ ſupradiximus.nobile etiã ipſe monimẽtũ ad uerſũ Martionẽ dereliquit.Similiter & Hyreneus . Cap.xxv.

m Agnificentius aũt ceteris Modeſtus . qui oms̃ ipſius de ceptiones & fallatias retecto quo uelabãt̃ nequitie tegmine denudauit . Cap .xxvi.

m Elito quoq; Sardenſis antiſtites eccleſie .& Appollenaris apud Ierapolim eccliam regens.celeberrimi inter ceteros habe‑ bant̃.Qui & Impatori Romano apollogeticos ſimiliter libros pro noſtra fide luculẽtiſſime cõſcriptos porrexerũt. Horꝝ quãta

relicta ſint

2009 Ministerio de Cultura

reliſta ſint monimẽta que ad nrãm uſq; notitiã peruenerũt.infra oſtẽditur.Melitonis de paſca libri duo.De optima cõuerſatione liber unus.Sed & de prophetis. De ecclia.De die dnica.De fide hoīs.De figmẽto.De obediẽtia fidei.De ſenſibus.De aīa & corpore & mente.De lauacro.De ueritate.Item de fide.De generatione Criſti.& de prophetia eius.Item de aīa & corpore.De hoſpitalitate.Itẽ liber qui dicit̃ clauis.De diabolo & reuelatione Ioãnis.De deo corpore induto.Et poſt oīa liber ad Antoninũ Verum.In libello ſuo de paſca.tẽpus quoq; quo ſcribit inſinuans ita dicit.Sub Sergio inquit Paulo procõſule Aſie.quo in tẽpore Sagaris martyrio coronatus eſt.qſtio ingens oborta eſt apud Lauditiã de paſca.quibus diebus hec ſcripſimus.Huius etiã ipſius libelli mentionẽ facit Clemens Alexãdrinus in opere ſuo ubi de paſce rõne ſcribit.ꝙ ſe dicit ex occaſione huius ipſius libelli qui Amelitone prius editus fuerat ſcribere. In eo aũt libro quẽ ad Impatorẽ ſcribit.talia quedã memorat illis tẽporibus aduerſum nos geſta.Quod nũquã inquit factũ eſt.nunc perſecutionẽ patitur genus pioꝝ.Effugantur undiq;.nouis decretis per omnem Aſiã promulgatis.Impudentes nãq; hoīes & calũpnioſi qui rapere aliena deſiderant.occaſione accepta impialiũ preceptorum. more predonum die noctuq; craſſantur & diripiunt innocentes Et poſt aliquãta iterũ dicit.Et ſi quidẽ te iubente hoc faciunt.bonum credamus quicquid Iuſto Impatore iubente committitur Sed & nos libenter ferimus mortẽ quã a te cognoſcimus irrogari.Sed hoc eſt ſolũ qđ te obſecramus.ut ipſe prius miſtros ꝑteruitatis huius requiras.& ſi ate mãdate ſũt iſte quas inrogãt mortes.ipſe diſcutias.Si uero tuã quoq; cõſciẽtiã preceptũ iſtud tam ĩmane & tã barbarũ latet.obſecramus ne nos deſpitias & patiaris religioſos ciues tam publico latrocinio iugulari. Et iterũ poſt aliquãta addit etiã hec.Etenim philoſophia hec qua nos utimur.primo quidẽ florebat apud Barbaros. Introducta eſt autẽ etiã Romane ueſtre cõuerſationis Auguſti tẽporibus.Ex quo & regni ueſtri ſublimius culm̃ aſcẽdit.obſeruantie huius auſpitiis eleuatũ.Cuius imperii feliciter propagati.tu felix ſucceſſor exiſtis

& traditum tibi

2009 Ministerio de Cultura

& traditū tibi feliciter ſeruas una cū filio. Propter qđ & ſimul tibi cū Imperio traditū nrē philoſophie ritū pari religione cuſtodi. uelut qui ingreſſu ſuo partibus ſuis cauſā proſperitatis intulerit. & fidē que cū ipſius Auguſti felicitatibus adoleuit. integram tu quoq; nunc regnans illibatāq; conſerua. Quia nec ipſi Auguſto in ingreſſu eius uel ĩproceſſu triſte aliquid accidit. Sed & contrario leta oīa. & oīa magnis ſucceſſibus plena. obſecrantibus deū ſũmū pro Imperii eius ſtatu religionis huiuſce cultoribus. Nec quiſquā principū niſi Nero ſolus & Domitianus. nequam hoīm ſuggeſtionibus aduerſati ſũt dogmati noſtro. Ex quoꝝ tēpore accidit nos falſis calūpniis infamari. Sed illoꝝ errorē qui ex ignorātia uenerat. emendauerūt patres tui. qui frequētibus poſtmodū decretis. aīaduerterūt in eos qui auderēt moleſtie aliquid huiuſmodi cultoribus inrogare. In quibus auus tuus Adrianus & ad alios quidē multos iudices. precipue tam̄ ad Fundaniū procōſulē Aſie ꝓhoc litteras dedit. Pater uero tuus tecū pariter Romāi regni apicem regēs. oībus qdē generaliter ciuitatibus. maxīe tamē Adlatriſſeos & ad Theſſalonicēſes. & ad Athēiēſes. ꝓ his mittit edicta. Te uero multomagis eandē credimus ſeruare ſententiā. imo & multo clementius confidimus prouiſurū. tanq̄ qui uere philoſophie & pure religionis amator exiſtas. Hec & multa alia nobiliter ab eo ſcripta in libello de quo memorauimus inferūtur. In his aūt que & de explanatione ſcripturaꝝ ſcribit. quaſi ĩprefatione enumerat. que ſint uolumina ueteris teſtamenti que incanone debeāt obſeruari. Quā partē ſcripture. indere his neceſſariū puto. Melito Oneſimo fratri ſalutē. Qm̄ quidē frequēter me rogaſti pro ſtudio qđ habes erga uerbū dei. ut excerpam tibi teſtĩonia ex lege & prophetis de ſaluatore & de fide noſtra. ſimulq; indicē qui ſit ordo uel numerus ueteris teſtamēti uoluminū. Poſtulata libenter expleui. ſciens qđ ſit inte diſcēdi ſtudiū uel quāta fidei deuotio. & ut eterne uite deſiderio nihil prepōis Scias ergo perrexiſſe me uſq; ad orientis locū. ubi predicationis noſtre cepit exordiū. & ubi geſta ſũt illa oīa que legūtur ſcripta ibiq; diligēter de oībus exploraſſe. que eſſent ueteris teſtamēti uolumina. Ibi igitur que cū oī ĩueſtigatione cōꝑi hec ſũt. Moyſi

libri quinq;

2009 Ministerio de Cultura

libri quiqꝫ.Geneſis.Exodus.Numerus.Leuiticus.Deuteronomiũ
Tum deinde Ieſus naue.Iudicũ.Rut.Regnorum libri quatuor.
Paralippomenon libri.ii.Pſalmi Dauid.Salomõis prouerbia.que
& ſapiẽtia.Eccliaſtes.Cantica canticoꝝ.Iob.Prophete aũt.Iſaias.
Hieremias.Duodecim prophetaꝝ liber unus.Daniel & Ezechiel.
Eſdras.Ex his ergo & Eglogas tibi.ideſt excepta teſtimonia in
ſex libris digeſta tranſmiſi.De Melitõis monimẽtis iſta cõperimus
a Pollenaris uero cũ multa a multis habeantur. Ca.xxvii.
ad nos tamen iſta ſũt que uenerunt.Apollogeticus liber
ad predictũ Impatorẽ ſcriptus.Et aduerſũ paganos libri quinqꝫ
De ueritate libri duo.Et quos poſtmodũ edidit aduerſũ Catafri
gas.Montanũ ſcilicet.& pſeudo prophetiſſas eius.ꝗ tũc primum
deuiandi arecto itinere exordiũ ſumpſerant. Ca.xxviii.
ſ ed & Muſani cuius ĩ precedẽtibus fecimus mẽtionẽ.ferẽ
libellus multa elegãtia ſcriptus ad quoſdã fratres.qui de-
clinauerant ad hereſim que dicitur Encratitaꝝ.tũc nuper exor-
tã.Cuius auctorẽ extitiſſe Tacianũ ſermo aſſerit.illo ipſo de quo
inſuperioribus memorauimus beato Iuſtino teſtĩoniũ dante.cu-
ius eũ & diſcipulũ ferũt.De quo tam̃ Hyreneus in prĩo libro cõ
tra hereſes hoc refert.A Saturnĩo iꝗt & Martiõe deſcẽderunt
hii ꝗ uocãt̃ Encratite.nuptias refutãtes ꝗ̃ adeo antiꝗtus ĩſtitute
ſũt.& ſubtiliter accuſãtes illũ ꝗ abinitio maſculũ & feĩam ad re
ſtitutionẽ huãni generis fecit.Sed &ab aĩalibus abſtinẽdum pre
dicãt.ĩgrati exiſtẽtes deo.ꝗ hec huãis uſibus ꝓcreauit. C.xxviiii.
c Ontradicũt etiã plurimũ hoĩs ſaluti inimici.Et hoc nũc in
uẽtum eſt ab his ꝗbus Tatianus ꝗdã auctor extitit.& hu
iuſcemõi blaſphẽias ĩtroduxit.Q ui fuit ꝗdẽ adiutor Iuſtini.ſed
dõec cũ ipõ fuit.nihil tale ſẽtire ꝓdidit.Poſtea uero quã ille mar
tyr effectus ẽ.abſcidit ſe ab eccleſiis.doctoris adrogãtia tumidus
& elatiõe nimia ĩflatus.tãꝗ̃ ꝗ ſe ceteris duceret meliorẽ.ꝓprium
malẽs quã a ueteribus traditũ docẽdi ĩſtituere ſtilũ.ſeclã ꝗ̃dã ĩuiſi
bilia ſcd̃m Valẽtini fabulas ĩtroducẽs.Nuptias aũt & fornicatio
nẽ corruptionẽqꝫ.pari iudicãs lege.ſilĩa Martiõi Saturninoqꝫ con
firmãs.De ſalute uero Adã ĩdubiũ deducẽda.nouis ꝗõnibus cõ
mentatur. Et pauloPoſt idem Hyreneus addit etiam hoc. Nõ

Non multo

2009 Ministerio de Cultura

Non multo aũt inquit poſt. Seuerus quidã ſupradicte hereſi robur adiungens. fomẽta maxĩa eius ſectatoribus preſtitit. unde & magis Seueriani appellati ſũt. qui utunt̃ quidẽ lege & prophetis & euangeliis. ſed propria quadã interpretatione ſcripturarum ſenſũ peruertũt. Obtrectant aũt Paulo apoſtolo. & refutãt eius epiſtolas. Sed neq; actus apoſtoloꝝ ſuſcipiũt. Verũtamen prior eoꝝ auctor Tatianus collationẽ quandã faciens euãgelioꝝ. neſcio quomõ cõpoſuit euãgeliũ unũ ex quatuor qđ Diateſſerũ nomĩauit. quod etiã nũc habetur a multis. Dicitur aũt & nonnulla a ſermonibus apoſtoli ꝑmutaſſe. tanquã qui emẽdare uelit ordinẽ cõpoſitioneq; uerboꝝ. Reliquit aũt hic ipſe infinitũ libroꝝ numerũ. Sed ille quẽ aduerſũ gẽtes ſcripſit liber. ex oĩbus ſcriptis eius precipuus & ualde utilis cõprobatur. Sed de his ſatis dictũ.

p Er idẽ tpũs ĩnũeris hereſibus ubiq; pullulãtibus C.xxx. & precipue apud Meſopotamiã. Bardeſanes qdã uir diſertiſſimus in Siroꝝ lingua. & uehemẽs dialeticus. aduerſũ Martionẽ. alioſq; nonnullos dialagos ſcribit. quos propria lingua cõpoſitos edidit. Sed & plura alia eius extant uolumina. que diſcipuli eius in grecũ uertere ſermonẽ. Erat nãq; ita potens in uerbo & doctrĩa. & indiſputatiõibus ualidus. ut plurimos & nobiles uiros habuit ſectatores. Eſt & eius ad Antoninũ de Fato potentiſſimus dialogus. Sed & alia multa ſcribit que ſatis utilia & perneceſſaria perſecutionũ que tũc erãt tẽporibus extitere. Referũt aũt hũc ipſũ fuiſſe primo de Valentini ſcola. Sed cũ magiſtrum notaſſet erroris. & ineptas eius fabulas arguiſſet. uiſus eſt ſibi ad meliorẽ ſectã fidei ſentẽtiã cõuertiſſe. Nec tam̃ ex integro ueterum erroꝝ ſordes maculãq; depoſuit. Eiſdẽ uero tẽporibus etiã romane ecclĩe Soter epiſcopus uiuendi finem fecit.

Explicit liber. iiii. Incipiũt caplã li.v.

Cap.i. Quanti & queãdmodũ ſub Seuero apud Galliã. ꝓ pietate ſubierit mortẽ. Ca.ii. Vt martyres quãdiu habebant in uita. oms̃ qui in perſecutione laſpi ſũt reuocabãt. Cap.iii. Qualis Attalo martyri apparuit uiſio. Ca.iiii. Vt martyres Hyreneũ ſua cõmendatiõe proſecũtur. Ca.v. Quẽ admodũ

sub Marco

ſub Marco Aurelio Ceſare noſtroꝝ precibus exauditis pluuiã
preſtitit deus. Ca.vi. Enumerario epiſcopoꝝ q fuerint ro
me. Ca.vii.Quod uſq; ad illa tẽpora perfideles miracula fie-
bant. Ca.viii. Queãdmodũ Hyreneus canonẽ ſcriptura
rum diuinarum diffinit.& de .lxx. ĩterpretibus. Ca.viiii.
Enumeratio ſub Cõmodo ſacerdotũ. Ca.x. De Pantheno
philoſopho. Ca.xi. De clemẽte Alexandrino. Cap.xii.
De epĩs hieroſolimoꝝ. Ca.xiii. De Crodone & Martiõis
ſecta. C.xiiii. De pſeudo prophetis Catafrigaꝝ. C.xv.
De Sciſmate qꝫ ſublato factũ eſt rome. Ca.xvi. Que de
Montano & pſeudo prophetis ferũtur. Ca.xvii. De Mil-
ciade & ſcriptis eius. Ca xviii. Quanta etiam Apollonius
Catafrigas confutando proſequitur. Ca.xviiii. Serapionis
de ſecta Catafrigaꝝ. Ca.xx. Que Hyreneus contra hereti
cos apud urbẽ romam diſceptauit. Ca .xxi. Quod rome
Apollonius martyriũ paſſus eſt. Cap.xxii. Qui tunc epi
ſcopi nobiles habebãt. Ca.xxiii.De paſce queſtiõe. C. xxiiii.
De dubitatione que orta eſt apud Aſiã. Ca.xxv. Vt om
nibus una ſententia de paſca cõplacuit. Ca.xxvi. Que de
Hyrenei ſcriptis ad nos uſq; peruenerũt. Ca.xxvii. Que
etiã ceteroꝝ qui hiſdẽ tẽporibus floruerĩt. Ca .xxviii. De
his q Artemonis introduxerũt ſectã.qualis moribus fuerit.
Ca.xxix. Quo quo pacto ſacro ſcõs libros temerare auſus ſit.

Expliciunt capitula. Incipit liber.v.

IGITVR Soteri epiſcopo octo annis in urbe Ro
ma ſacerdotio miſtrato.duodecimus ab aplis ſucce
dit Eleuterius.ſeptiodecimo anno ĩperii Antonini
Veri.Quo in tẽpore ꝑ multas romani orbis ꝓuintias ex adcla
matiõe & ſeditiõe uulgi ꝑſecutiões aduerſũ noſtros diriſſie con-
citate ſũt.ita ut multa milia martyꝝ ꝑ loca ſinglã fierẽt.Qđ co
nicere ex his facile poſſumus.q̃ ad rerum geſtarum memoriam
conſeruandam.litteris mandata reperimus. Et quamuis de hoc
plenior nobis narratio quam de ſingulorum martyriis proſecuti
ſumus ſui

2009 Ministerio de Cultura

ſumus ſui ſub titulo uideantur expoſita.que inſtructionem pari
ter doctrine & ſcientie neceſſariā non minimā continet.tam que
etiā preſenti operi competere duximus pauca īſeremus emultis
Alii nāq; ſcriptores hyſtoriarū referant bella.trophea. uictorias
magiſtratuū.ducūq; fortia geſta concelebrēt.morteſq; ciuiū aut
hoſtiū narrēt.patriam.coniuges.liberos. diuerſis cuncta cedibus
confuſa deſcribāt. Noſter hic ſermo quia narrationē cōtinet de
his que ad deū pertinēt rebus.abſurdū non erit ſi bella deſcri-
bat.que caro pro aīe ſalute perpeſſa eſt.& pugnas quas aīa ut ce
leſtem patriā recuperaret excepit.ſi certamia eius referat que ꝓ
fide ueritatis exegit.in quibus non aduerſū mortales milites.
ſed aduerſum ſpirituales demōes dimicauit.nō pro libertate car
nis.ſed pro ſpiritus libertate.Si inquā monimentis litterarꝶ mā
demus prelia.que non pro terrarꝶ ſpatiis.nec prouītiarꝶ poſſeſſio
nibus.ſed pro celorꝶ regno & paradiſi hereditate peracta ſūt.Nō
regi mortali imperiū queſitura.ſed ab immortali rege omnium
deo triūphorꝶ gloria perceptura. Cap. i.
g Alliarū nobiliſſime urbes. Lugdunenſiū ciuitas habetur
& Viennenſium. Quas precipiti lapſu preterfluit Roda
nus nobiliſſimus fluuiorꝶ.In his que & quanta erga dei marty-
res geſta ſint ſupra memoratis Antonini Veri tēporibus.deſcri
pta per ordinē ab eis ad eccleſias Aſie & Frigie fideli relatione
tranſmiſſa ſūt.De quibus ut fides certior habeatur.ipſa ſcripto
rum exempla ſubitiā.Serui criſti habitātes apud Viennā.& Lug
dunū Gallie urbes.fratribus qui per Aſiā & Frigiā eandē quam
nos redēptionis criſti fidē & ſpecie gerunt.pax uobis & gratia &
gloria adeo patre.& criſto Ieſu dnō noſtro. Et cū nonnulla ue-
lut īprefatione proſecuti uiderentur.poſt aliquāta ita rerum ge
ſtarum ordiunt̄ initium.Tribulationis aiunt noſtre magnitudi
nem & gentiliū furorē quem ſanctis martyribus intenderunt ſi
cut eſt enumerare.ne preſentes quidē ipſi ſufficimus.ne dū ſcri
ptura cōprehēdere.Oībus eteni uiribus cōgreſſus ē inimicus.tāq
q iā ꝑ acerbitatē ꝑſecutiōis aduētus ſui oſtētaret initia & pro hoc
inſtitueret & informaret miſtros ſuos.aduerſus ſeruos dei oīne
miniſteriū ſceleris

2009 Ministerio de Cultura

miniſteriū ſceleris & crudelitatis explere.ita ut primo domorū
nobis prohiberet̃ habitatio. Tum deinde uſus balnearū. Poſt
etiā proceſſus ad publicū. Ad ultimum ne oīno inquolibet loco
domi foriſq; publico priuatoq; uideremur. Sed aderat dei gra
tia.que fragiliores quoſq; noſtrorum demanibus eorū eripiebat
Procedebāt aūt in mediū uiri ſtabiliores colūpnis.qui poſſint ꝑ
patientiā ſuā nō ſolū ferre impetus quos excogitabat inimicus.
ſed & ultro expetere.& ſpōte ſe oībus uel obprobrioꝝ uel tor
mentoꝝ crutiatibus obiectare.& laceſcētibus iam pene tortori
bus.ipſi adhuc parū putare.pro eo ꝙ morā ſibi hāc eſſe quodam
modo ad Criſtū feſtinātibus crederet. Rebus fere ipſis & patiē
tie uirtute clamātes.quia non ſunt condigne paſſiones huius tē
poris ad futuram gloriā que reuelabitur innobis. Ferebāt ergo
fortiter adclamationes aduerſū ſe & probra atq; iniurias populi
& contumelias eorū laudes ſuas ducebāt.Sed & uerberari ſe ab
eis ac lapidari.& concludi patienter accipiebant.equaminiter ſu
ſcipientes quicquid illud furentis uulgi excogitaſſet inſania. De
niq; quodā tēpore adſtante tribuno & prioribus ciuitatis.pro ſo
lis adclamationibus populi correpti & in carcerē truſi ſunt fra
tres.uſq; ad preſētiam preſidis cuiq; aduenīēti offerunt̃.In quos
ille tanta crudelitate uſus eſt.ut ſeuitie eius ſpēs ſingulas nemo
poſſit exponere. Vectius igitur Pagathus unus ex fratribus.
qui & in deum perfectā caritatē & in hoīes integrā cuſtodiret.
ciuius uita cū eſſet adoleſcens ita erat examinata rationibus &
probata ut etiā grauiſſimis ſenibus preferretur. Incedebat enī ī
oībus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Ad ob
ſequia quoq; ſeruoꝝ dei promtiſſimus erat. Is cum Zelo diuīo
& feruore ſpiritus plenus.tam crudelia ſeruis dei ſupplitia uide-
ret inferri.& contra ius faſq; tot penas humanis uiſceribus exco
gitari.indignitatē rei ultra non ferens.poſcit ſe audiri pro ciui-
bus optis qbus nihil īpietatis cōmiſſū ꝓbari poterat locuturū.
Erat enī & nobiliſſimus īter ſuos.& eruditiſſimus. Verū cū de-
fenſionem eius non reciperet obſtinatio iudicis.inquirit tantum
ab eo.ſi eſſet & ipſe criſtianus. Vtq; criſtianū ſe eſſe clariſſima
& libera uoce

2009 Ministerio de Cultura

& libera uoce teſtatus eſt.tanq̄ aduocatus inquit criſtianorũ &
ipſe uinctorũ numero ſotietur. Sed nihil illi quidẽ quid diceret
ignorabãt.Ille uero habẽs inſe aduocatũ pronobis Ieſum.hoc no
mine meruit honorari.ſãcti preſ biteri Zacharie qui erga ſãctos
plenitudinẽ caritatis oſtenderat ſecutus exẽplũ. Q ui & ipſe dũ
frĩbus adeſt.& defenſionẽ libertatis que in noſtra religione con
ſiſtit exſequitur . dominicũ ſecutus exemplũ.aĩam ſuã pro oui-
bus ſuis poſuit & pro amicis. Et ideo cũ hoc pariter uelut diſci
puli fideles Criſti.in regno uenturo ſequẽt agnũ quocũq; uadit
His igitur optimis & fideliſſimis ducibus uſus.om̃is reliquus ſã
ctorũ chorus . promti & alacres aĩas ſuas pro fidei libertate põe
bant. Aliqui aũt impares & infirmiores inuẽti.& ad inlate pſe
cutionis euehendũ pondus ĩualidi.decẽ ferme numero lapſu ſuo
luctũ nobis & ingentẽ triſtitiã reliquerunt.& multos aĩos quos
prioꝝ fides accenderat infregerũt. Vnde & om̃s ualde perterri
ti ſumus.nõ propter tormẽta que crudelius uidebant̃ inferri .
ſed pro exitu cõfeſſionis incerto.quia multo nos grauius lapſus
noſtroꝝ.quã ea que inferebãtur tormenta cruciabãt. Compre-
hendebãtur tam̃ cottidie.quos dignos dominus iudicabat in lap
ſorũ numero ſubrogari.ita ut exutraq; ecclĩa om̃s qui ſtudioſi &
magni uidebãtur.& quoꝝ labore & induſtria regebantur ecclĩe
uniuerſi pariter tenerẽtur. Accidit aũt etiã ſeruos comprehẽdi
quorũdã ex noſtris paganos.qm̃ quidẽ publice iuſſũ fuerat req
ri om̃s & teneri.Q uiq; demonis inſtinctu cũ tormẽta pertime
ſcerent que ĩferri ſcĩs uidebãtur.monẽtibus ſe ĩ hoc ipſo militi
bus quibus ita fuerat preceptũ.cõmenti ſunt aduerſũ nos.uelut
Thieſteaſcenas & inceſta edippia perpetrantes.& alia que nec
proloqui aut cogitare nobis fas eſt.& que ne credere poſſumus
aliquãdo apud hoĩes geſta .Q ue cũ de nobis diffamata fuiſſet
in uulgus.horrori maxĩo & execrationi apud om̃s hoĩes eſſe ce-
pimus.etiã apud eos qui prius aliquid moderatiõis erga nos ſer
uandũ eſſe cenſebant.Et omẽs ſimul fremere aduerſum criſtia
nos.atq; ĩſanabili odio furere ceperũt. Tũc uidimus cõpleri illud
qđ a dnõ dictũ ẽ.qa uẽiet tẽpus.ĩ quo oĩs q̧ occiderit uos putet
ſe obſequium

ſe obſequiũ offerre deo. Poſt hec iã ſupra omẽ narrationis ge-
nus. & ſuppliciorũ & cruciatuũ modũ. qui ſanctis martyribus
inferebatur perurgente ſathana. quo ſcilicet etiã illorũ confeſ-
ſione tale aliquid eliceretur a nobis eſſe cõmiſſum. in quo omẽs
pari atq; eodẽ furore perſiſtebant. uulgus. iudex. officiũ. milites
perurguentes precipue Sanctũ noĩe quẽdã diaconum Viennen-
ſem. & Maturũ neofitum quidẽ. ſed infide & patientia ro-
buſtiſſimũ. Sed & Attalũ pergamenũ ciuẽ. qui colũna & fir
mamentũ eccleſie noſtre in oĩbus fuit. & Blandinã feminã. p
quã criſtus oſtẽdit. qa ea que apud hoĩes deſpecta ſũt. & cõtẽptui
habent̃. in magna gloria apud deũ ducunt̃. & quia caritas eius
que fragilia ſũt per naturã. per gratiã facit eſſe firmiſſima. Cũ
enĩ oĩs nos de ea trepidaremus. ſed & ipſa eius carnalis dnã
que erat exnumero martyrũ uereretur. ne forte Blandina cede
ret intormentis. & pro debilitate corporis uix ad prime confeſ
ſionis tormenta ſufficeret. tanta tollerantie uirtute firmata eſt
ut reſoluerẽtur prius & cõciderent carnificũ manus. qui ſibi pro
contentioſa iudicis animoſitate inuicẽ ſuccedebãt. Deniq; apri
ma luce uſq; ad ueſperã tormenta ſemp̃ innouãtes. ad ultimũ
uictos ſe confitentur. ſtupentes quomõ in ea ſpiritus permane
ret. cũ nihil iam in illa ex corpore ſupplitio reſediſſet. Sed illa
uere beata. ut poſtmodũ nobis ipſa diſſeruit. quotiens uocẽ con
feſſionis emiſit. & criſtiana ſum proclamauit. totiẽs noue ui-
res corpori reddebant̃. & tanq̃ ablutis per confeſſionẽ dolori-
bus. ĩſtaurabatur recentior ad agones. Etq; quo magis intellexe
rat qđ uox pia ſenſũ doloris extingueret. ſepius & alacrius cri-
ſtiana ſum & nihil apud nos mali geritur proclamabat. Diaco-
nus quoq; Sanctus noĩe. etiã ipſe ſupraquã dici poteſt. & ſupra
quã humanã fas erat ferre naturã. acrius inſiſtẽtibus miniſtris
demonũ quo aliquid ab eo elicere poſſent cõfeſſiõis inlicite. no
ua penarum genera pertulit. & que longe ſubſtantiam huma-
ne conditionis excederent. At ille uir deo plenus intantum
crudelitates eorum riſit. & ferinam in queſtione ſeuitiam. ut
nunquam dignatus ſit. uel qs eſſet genere. unde nec domum

nec patriam

2009 Ministerio de Cultura

nec patriã . uel nomen ſaltim ſuũ eis fateri . Sed de his ſingulis interrogatus nihil aliud in oĩbus tormentis . niſi criſtianũ ſe eſ ſe reſpondit . Hoc mihi nomen . hoc genus & patria eſt . Ali ud inquit omnino nihil ſũ . quã criſtianus . Vnde & incredibi lis eos agitabat inſania . ꝙ tantis penaꝝ generibus conſumptis extorquere ei nec profeſſionẽ quidẽ proprii uocabuli potuiſſent Ad ultimũ cãdentes laminas eris & ferri erga iguinis loca & de licatiora queq; membrorũ inſtauratis ignibus adhibent . ex quo carnes quidẽ eius aduſte igni defluebãt . Ipſe uero permanebat ĩmobilis inconcuſſus . intrepidus . celeſtibus eterniſq; fõtibus qui procedũt deuentre Ieſu humanas inſe tẽperans flãmas. Ve rũtamẽ mẽbris oĩbus martyr erat . & toto corpore unnm uul nus horrebat . Perit in eo humane forme agnitio . & non ſolũ qui eſſet . ſed & quis eſſet tormẽtoꝝ crudelitas ne agnoſci poſ ſet abſtulerat . Criſtus tamen in eo ſolus per martyrii gloriam recognoſcebatur . qui per eius patientiã deſtruebat aduerſarias poteſtates . & ſuos milites per tollerãtie roborabat exemplum. oſtendẽs oĩbus quia nihil terribile ẽ ubi diligitur pater . nil do loſi eſt ubi fides criſti eſt . Sed artifices ſcelerũ nequaquã mar tyris erubuere uirtutẽ . Poſt paucos eteñ dies conſiderãtes ꝙ ſi tumentibus adhuc uulneribus que indignarẽtur etiã admolliſ ſimũ manus tactũ tormẽta rurſũ inferrent . & denuo mẽbra iã putrefacta uexarent . Vnũ eduobus fore . aut in ſua eũ impie tatis iura ceſſurũ.aut ſi intormentis aĩam poſuiſſet . terrotẽ cru delitatis & metũ ceteris intentandũ . Sed hoc longe cõtra quã impii cogitauere ceſſit . Nam ꝙ uix credi ab infidelibus poteſt reſtitutũ eſt in primã ſpeciẽ corpus per ſecunda tormenta . Et offitia membroꝝ que abſtulerat prima crudelitas . ſecunda re parauit . ita ut iterata ſupplitia nõ ei iã penã cõtulerint . ſed me delã. Sed & Blãdina quã paulo ãte mẽorauimus . ſimili exẽplo ad ſupplitia ſecunda reuocatˀ . Q ue cum ſemiuiua pene & in mor tis quodã cõfinio poſita iteratis fuiſſet pulſata cruciatibus.uelut eſompno quodã ſubito euigilãs . ĩmemoriã future beatitudinis uenit . & uoce conſtanti tanquã de excelſo edito contionaretur ad populum .

2009 Ministerio de Cultura

ad populum. Multum iq̃t erratis o uiri ꝙ putatis ĩfantum uiſce ribus ueſci eos. q ne mutoꝝ qdẽ aĩalium carnibus utunt̃. Et ſic ĩconfeſſione ꝑdurãs iteꝝ numero martyꝝ ſotiata retrudit̃. C. ii.

Sed poſtea quã ꝑ beatoꝝ martyꝝ patiẽtiã tyrannica eua nuere ſupplicia. aliis rurſus diabolus machinis oppugnare parat famulos dei. Quo ſcilicet afflictione carceris & penali ſqualore cõſumpti. ac ſeptĩo ut dicũt puncto in neruo pedes cõ tra quã credi fas eſt diſtenti. in intimo tenebraꝝ loco per oĩa pe naꝝ genera que furẽtium ſeuitia excogitare poterat deperirent Quãplurimi ergo hoc genere inergaſtulis cõſumunt̃. dn̄o ſuſci piẽte eoꝝ huiuſcemõi exitum. q̃bus nec ibi defuit diuine maie ſtatis auxilium. Aliq̃ti etenĩ ex his qui ſeuiſſima tormẽta ꝑtule rant. nec huãne aliquid medele ꝑmiſſi ſunt cõſequi. miꝝ in mo dum uirtute dn̄i cõualeſcere. & ſubitã m̃tis alacritatẽ ac deſpera tum corporis robur recuperare ceperunt. ita ut cohortatiõe ſua ceteros ad patiẽtiã confirmarẽt. & qui ĩpatientes erãt penarum illi magis qui nuper fuerant correpti. & quorum corpora non dũ torm̃ta ſolidauerãt. illi deniqꝫ erãt q pedoris horrore & cõ cluſionis tenebris necabant̃. Veꝝ beati Fotini Lugdunẽſis epĩ glorioſã martyrii confeſſionẽ. fas non eſt ſilẽtio preterire. Qui cum nonagenario maior eſſet etate & corpore. utpote illius cui inualidus. cetera pene iã mortuus. ſolo martyrii amore uiuebat. Ducit̃ autẽ ad tribunalia. ĩmo potius defertur. ſenio & languore reſolutus. Cuius adhuc ſolum aĩa ſeruabat̃. ut Criſtus ꝑ eã ma gnificentius ĩfragili corpore triumpharet. Statuit̃ interea ſenior pro tribunalibus ĩpie plebis. undiqꝫ clamor attollit̃. hunc ipſũ eſ ſe inſonãt criſtianum. Tum uero apreſide ĩterrogat̃. qs nã eſſet xp̃ianoꝝ deus. Reſpõdit. Si dignus fueris ſcies. Hinc uero cunc tos uelut rabies ĩmenſi cuiuſdã furoris inuaſit. ita ut qui prope aſtabãt. pugnis. alii calcibus ſubigerẽt ſenẽ. nec etati nec grauita ti aliq̃d reuerentie deferentes. Illi autẽ qui longius erãt. quicq̃d furentibus teli ueniſſet in manus eminus iaciebant. ita ut unuſ quiſqꝫ ſummi ſibi eſſe delicti duceret. ſi aliq̃d ĩſenem ſceleris nõ intuliſſet. In hoc enim uindicãdos deos ſuos eſſe credebãt. Quẽ

cum ſeminecẽ

2009 Ministerio de Cultura

cum ſeminecē proiecissent in carcerē.incōtamiatū paulopoſt ſpi ritū reddidit.Per idē tēpus īmenſa quedā dei diſpēſatio procura tur.& mīa ex inſperato criſti dnī arte conqritur. quod nūquā fere prius a perſecutoribus geſtū meminimus.Oms enī hii qui primo cōprehēſi negauerāt fidē correpti tradūtur in carcerē. Et quo infelicibus ne ſolam̄ quidē pēnalis preſtaret exitii.nō quaſi xpiani iā.ſed tanquā homicide & inceſti detinebant.habētes mi ſeri duplicē penā.Q̄m quidē ceterorꝝ ſupplitia mitigabat ſpes & corona martyrii Criſtiq; caritas & ſācti ſpūs gratia releuabat af flictos.Iſtos aūt ipſis penalibus cathenis & pondere carceris gra uius cōſcientia cruciabat.ita ut uultu ipſo & aſpectu diſcernerē tur a ceteris.qđ illi producebant de ſuppliciis leti & diuinū qd neſcio in ipſis uultibus preferentes.uincula ſua monilia pretioſa ducebāt.per ſqualorē carceris Criſti bonus odor effecti.ita ut ui derētur ſibi nō in ergaſtulo.ſed in miro odore thece cōcluſi.At illi alii triſtes.demerſis ipſis quoq; cōſpectibus horridi.& omī tur pitudīs deformitate fediores.ſed & ipſis gētilibus in multo obꝓ brio expoſiti erant.tanq̄ degeneres & ignaui.qui fidē perdiderit & crimen inuenerīt.Et qui xpianorꝝ quidē noīe caruerint homi cidarꝝ tamen penas nō effugerint.Que cū ita geri uiderent ce teri.incredibiliter corroborati ſunt.ita ut cōprehēſi abſq; aī nu tatione cōſtanter nihil aliud quā xpianos ſe eſſe faterent. Et cū quedā in his locis fuiſſent longius proſecuti poſt aliquāta iterū hoc ſubiūgit.Poſt hec iā per diuerſas ſpēs matyrii eorꝝ uelut co ronā quandā uariis floribus cōpoſitā dominus xpūs intexens. of ferebat patri.ut ab eo uelut uictores magni agonis. remunera tionē eternorꝝ ſumerēt premiorꝝ Nā Maturus.& Sāctus.& Blan dina.& Attalus numerꝝ diebus īnumeris milibus gentiū diuer ſarū adſpectaculū cōgregatis.ſtatuūt in medio arene.Et rurſum Maturus cū Sancto.tanquam nihil prius geſtum fuiſſet.ad om nia tormentorum & uerberum genera renouantur.certantibus omnimodis aduerſariis.quatenus eorum patientiam frangerent & ab ipſo ut ita dicam uertice coronas eorum diriperent inſanis populi uocibus inſtigati.Sed illis eo magis animos roborat ſpes uicine iam

2009 Ministerio de Cultura

uicine iã glorie.quã ſibi iã iãq; manu cõtingere & cõtrectare dex
teris uidebant᷑.Cũq; & ſuppliciorꝝ genera.& ſpectaculorꝝ iã pene
tempus fuiſſet abſũptum.nec moueri ullatenus a ſententia ua-
luiſſet.cũ etiã ſelle ferree ſuperpoſiti.cõſumptã uerberibus carnẽ
ignis ſubter miniſtratus exureret. Ad ultimũ infatigabiles mar
tyrũ ſpũs ferro ceſis ceruicibus effugarunt. Blandina uero reli-
gata ad ſtipitẽ atq; in crucis modũ diſtẽta. beſtiis pabulũ prepa
ratur. Que tamẽ in ligno pendens uultu interrito & ſatis leto
orationẽ fundebat ad dnm̃.qua & ſibi cõſtantiã.& ceteris agonis
ſui conſortibus perſeuerantiã precaret᷑. Et facile uota ſpabat im
plenda.que propriis iuuabat exemplis. Simul & illud edocens.ꝙ
paſſionũ xpĩ conſortibus certũ ſit etiã glorie eius donãda eſſe cõ
ſortia. Sed cũ nulla ex beſtiis corpus eius auderet contingere.de
poſita de ligno rurſũ reuocat᷑ ad carcerem.aliis adhuc agonibus
preparanda.ut per multas uictorias caput quidẽ tortuoſi ſerpẽ
tis attereret.fratrũ uero aĩos ad tollerantiã concitaret.per hoc ꝙ
ipſa in paruo & fragili corpore tot certaminibus permaneret in
uicta.& per ſingulos agones diſcederet coronata. Cap. iii.

a Ttalus quoq; populi uocibus poſtulatur. Erat enim ualde
nobilis. Et ꝙ cunctis nobilius eſt.uir optĩe conſciẽtie.& in
fide xpĩ per oĩa exercitia ſemp martyr. Cũq; circumactus fuiſſet
in amphiteatrũ.titulo ſe precedẽte inquo ſcriptum erat. Atta-
lus xpianus Fremere in eum uulgi ĩſanientis furor uehemẽtius
cepit. Sed cum preſidi indicatũ fuiſſet eſſe eũ romane ciuitatis
uirũ.iubet eum cũ ceteris in carcerẽ recipi.ſimul & ad Ceſarem
refert.eiuſq; ſentẽtiã quid de eo iuberet expectat Verꝝ ĩter mo
ras poſiti incarcere nõ ĩfructuoſum ſibi tempus tranſire patiun
tur.ſed uigore animi & alacritate fidei ſue.eos qui ĩfirmiores ui
debant᷑ animabant. Et ipſi nõdum martyres cohortationibus
ſuis martyres plurimos faciebant. Ex quo magnum gaudiũ ma
tri naſcebatur eccleſie.uidenti ſuos filios qui pene iam decidiſſe
in mortem uidebantur.per hos reparari ad uitã.& monitis eorꝝ
multi qui iam negando uelut aborſum quoddam effecti fuerãt
quaſi iterum parturiebantur.& Criſtus in eis iterum formabat᷑

Docebant᷑ enĩ

2009 Ministerio de Cultura

Docebantur enim ab his quia deus non uult mortem peccato-
ris.ſed ut conuertatur & uiuat.Igitur cũ a Ceſare reſcriptũ fuiſ
ſet.ut perſiſtentes quidem punirentur.negantes autẽ dimitte-
rentur . Die quodam celeberrimo in quo ex omnibus prouĩtiis
coeuntes nundinas apud nos agere ſolẽt.in ipſo frequentiſſimo
conuentu tribunal aſcendens.preparari ſibi iudex criſtianos . &
introduci ad ſuppliciorum pompam prebendam cunctis qui ad
erant iubet.Rurſum itaq; cruces . rurſum pene.rurſum tormẽ
ta reparantur. Et ſi q forte ciues romãi reperti ſũt.hos plecti ca
pite decernit.Ceteros uero beſtiis tradi.Ingens tamen ab omni
bus gloria Criſto conferebatur pro his qui ante negauerãt.& di
mitti neq; negantes potuerant. Nunc uero cũ negãtibus uenia
preſtaretur inconfeſſione perſiſterent.& deperditionis grege re
uocati innumero martyrũ iungerent.Igitur cum erga ſupradi-
ctos queſtio haberetur. Alexander quidam genere Frix. medi-
cus diſciplina.uir religioſus & prudens.& uite ac morũ probita-
te cunctis carus acceptuſq;.amore dei cõcitatus.cũ adſiſteret tri
bunali.nutibus ortabatur ad confeſſionem eos in quos queſtio
agebatur.ita ut oĩbus qui adſtabant palam fieret quid aĩo age-
ret.Cũq; id populi notauiſſent.indignantes maxime pro his qui
prius negauerant rediuiua nunc confeſſione reuocabant . con-
clamare aduerſum Alexandrum . hoc ipſo inſtigante comite.
Qui uiſus a preſide in medium ſtatui . & quis eſſet interroga
tus.Criſtianum ſe eſſe libera profeſſione teſtatur Quem conti
nuo preparandũ beſtiis cõdẽpnauit.Et poſtera die ſimul cũ At
talo producitur. Quẽ contra preceptum Ceſaris gratificari po
pulis uolens.etiam ipſũ tradi beſtiis iuſſit . Sed cũ ferarũ nulla
ſanctoꝝ corpora contigiſſet.oĩbus eos uerberum ceterarũq; pe
narum ſuppliciis cruciatos.ad ultimum ĩconſpectu populi in me
dio arene iugulari iubet.Beato Alexandro in oĩbus que perpeſ
ſus eſt penis.ne unum quidẽ penitus proferente ſermonem.ſed
ab initio uſq; ad finem infra ſemetipſum ſemper cũ deo loquen
te.& in laudibus eius ac precibus permanente.Attalus uero cũ
prunis ſubter ſubiectis inſella ferrea torreretur . cumq; nidor

aduſte carnis

2009 Ministerio de Cultura

aduſte carnis ad nares & ora inſpectantis populi pferretur. uoce magna exclamabat ad plebem. Ecce hoc eſt homines cõmedere qđ facitis uos. Quid anobis uelut occultum inquiritis facinus. qđ uos aperta luce cõmittitis. Nos enim neq; cõmedimus hoïes neq; aliud qd mali agimus. Et cum interrogaret̃ qđ nomẽ haberet deus. reſpõdit Qui plures ſũt nominibus diſcernũt̃. Qui unus eſt non indiget noïe. Poſt hos nouiſſimo iã nũdinarꝝ die. Banldina rurſus ĩducit̃ cum Pontico ãnorꝝ. xv. fere puero. Qui q; & in priorꝝ cruciatibus iuſſi fuerãt ſemꝑ adſtare. quo magis ceterorꝝ uidentes ſupplicia. terrerent̃. Statuunt̃ ergo in mediũ iubent̃ iurare per deos. Illi uero cõtrario nullos eſſe aiebãt iſtos per quos iurare cogerentur. Cũq; aliis quampluribus uerbis exprobrarent gentiũ deos. inſanire magis in eos cepit populi multitudo. neq; tenerã pueri etatẽ neq; ſexum femine miſerantes. ſed per oĩa tormentorũ genera quaſi quodã eos circulo peragẽtes. nihil deeſſe penis patiebantur. quas crudelitas inueniſſet. Tunc ponticus maximũ patientie robur materna cohortatione ſuſcipiens. & perſeuerans in confeſſiõe fidei. impollutũ ſpm̃ reddidit. Beata uero Blãdina ultima omniũ. uelut oĩum nobilis mater premiſſos martyrii ad coronã filios inſequi iam ſecura feſtinat. exultans & ouans uelut ad thalamum ſponſi inuitata & ad nuptiale cõuiuium. Ex quo fiebat ut in uerberibus tripudiaret. & craticulis exuſta gauderet. ac tã hilaris uideretur & leta. tãquã ſi inter dapes regias accubaret. Poſt hec ad beſtias traditur. ſed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus. ut reti conſtricta obiceretur tauro ferociter inſtigato. A quo cum fuiſſet innumeris ictibus laceſſita. & toto arene ambitu iactata. nihil penitus leditur. ſed permanet leto ut ſemper uultu. mente conſtanti. ſpe ipſa & animi preſumptione cum criſto iam colloquens. Ad ultimum iugulari gladio iubetur. Stupentibus ipſis etiam impiis. & dicentibus. q̃ nunquam fuerit femina que tanta ac talia ferre potuerit. Sed nec ſic quidem ſatietatem aliquã capere crudelitas quiuit. Antiqui etenim ſerpentis uirulentia concitati feri ac barbari mores. manſueſcere neſciebãt

Ex ipſa quippe

2009 Ministerio de Cultura

Ex ipſa quippe ſanctorum patientia. ſeuior eis contentionis rabies accendebatur. Et uelut pudore quodam fatigabatur. quod maior ineſſet cruciatis quam crutiatibus uirtus. Et ex hoc ad nefanda odia iudex ſimul inſtigabatur & populus. ut ſcriptura cōpleretur que dicit. iniquus adhuc iniquus agat. & iniuſtus adhuc fatiat iniuſta. Igitur inaudito ſeuicie genere eorum qui necabātur in carcere corpora canibus iubebantur exponi. adhibita ſimul cuſtodia die noctuque. ne qui collectas reliquias humanitatis intuitu traderet ſepulture. Sed ſi quid forte uel beſtiis uel igni reliquū ex corporibus martyrū fuerat. ipſaque cum trūcis ſuis capita punitorum inſepulta per cuſtodiā militū ſeruabantur. Et querebatur ſi quid ultra poſſet humana crudelitas. etiā in eos qui iam uite huius lumen exceſſerant. Exultabant tamen gentes magnificantes ſimulacra ſua. quorum uirtute datā in illos uindictā dicebant. Si qui uero īter ipſos paulo mitior uel humanior uidebatur. ubi nunc eſt aiebat deus eorum. Et quid eis profuit iſta religio. pro qua etiā aīmas poſuerunt. Igitur apud illos erat uarium illud inſultationis genus Apud nos uero ingens luctus habebatur. precipue quod non poſſemus corpora humi tradere Quippe quibus nec noctis tempore aliqua adhoc oportunitas prebebatur. Neque muneribus ſuadere cuſtodes. neque precibus aut ullo alio genere copia erat. ita attente & ſollicite curabant. ne daretur extremis oſſibus ſepultura. Poſt aliquot aūt dies cū nullam ſepeliendi grām preſtitiſſent. incenſa oſſa martyrum & in fauillā redacta. cū reliquo terre puluere in Rodanum fluuiū diſperſere. ne uſquā eorum reliquie reſiderēt Quaſi uero hoc agentes deū uincerent. & ſicut dicebant. ſpem eis per hec reſurrectionis adimerent. Sperantes enim aiebant de ſepulchris quādoque ſe eſſe reſurrecturos. idcirco noua neſcio qua perſuadente ſibi ſuperſtitione leti ſe tormentis mortibuſque ſubitiunt. Nūc uideamus ſi reſurget. & ſi poteſt eis adeſſe deus eorum. & eripere eos de manibns noſtris. Hec ſunt que illis temporibus geſta ex epiſtola fratrū Lugdunenſiū declarātur. Ex quibus quid etiā per ceteras prouintias geri potuerit. coniectura capiendū ē. Referūtur adhuc in ipſa epiſtola quedā etiā de hūilitate

& māſuetudine

2009 Ministerio de Cultura

& manſuetudine beatoꝝ martyrū . que dignū puto adhoc ſuis ſermonibus ſicut cetera ſotiari. Quiqꝫ aiunt ad imitationē Criſti qui cū in forma dei eſſet nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo. in tanta gloria poſiti ut ſemel & iterum ac frequētius martyres facti. poſt beſtias. poſt ignes & lamīas. neqꝫ ſe ipſi martyres dicebant neqꝫ aliis ita ſe appellātibus indulgebant. Sed ſi forte aliquis noſtrū uel in epiſtola uel inſermone eos martyres noīaſſet. increbabant acrius. dicētes. qđ hec appellatio ſoli Criſto debetur. qui ſolus ueritatis fidelis eſt martyr. & qui primogenitus eſt ex mortuis. & auctor uite eterne. Vel certe illis ſolis aptū hoc eſſe uocabulum. qui poſt bonam confeſſionem diſcedere de hac uita & pergere meruerunt ad deum. Nos aūt aiebant humiles & egeni. optamus ut ipſa ſaltim. in nobis confeſſio tuta ꝑmaneat. Inquo etiam ceteros fratres cū lacrimis obſecrabant. ut pro eis dnm̄ precarentur. quo perfecte confeſſionis ſignaculum martyriū mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat. ut cum rebus ipſis eſſent martyres. nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles uero cum oī fidutia conſiſtebant. nobilitatem anime per contemptus iniurie & ſupplicioꝝ patientiam demonſtrantes. Erant ergo inter fratres humiles. inter perſecutores elati. ſuis mites. aduerſariis terribiles. Criſto ſubiecti. diabolo erecti Humiliabant ſe ſub potentiſſima manu dei. per quam nunc ſublimius exaltati ſunt. Placabant omnes. accuſabant neminem. Soluebant cunctos. ligabant nullū. Orabant etiam pro perſecutoribus ſuis . utentes ſermone ſācti Stephani primi martyris & dicentis domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Aduerſū quos eo uehementiora diabolus prelia concitabat. quod per nimiam caritatē quā habebant in Criſto Ieſu. etiam eos qui lapſi fuerant & quos iam ſe īmanis illa beſtia abſorbuiſſe crediderat rurſū uiuos de īternis eius uiſceribus educebāt. & uelut matres erga paruulos ſuos. ita erga eos totis profuſis miſerationū uiſceribus inherebant. oīpotenti deo effundentes pro ipſis fōtes ac flumina lacrimarū. Vitam petebant eis adeo. tribuebatur eis. Nec

ſibi gratum

2009 Ministerio de Cultura

ſibi gratum iter ducebant eundi ad dominũ. uel letam putabãt martyrii forte coronam. ſi partem membrorum ſuorum de eccleſiis raptam. uelut ſpolia quedam detemptari adiabolo per miſiſſent. Super omnia autem pacem & ipſi diligebant. & nobis ſeruare mandabant. Nec aliam ſibi niſi per pacem uiam ad martyrium conſtruebant. cauentes ne ullam poſt ſe diſſenſio nem fratribus. ne eccleſie matri meſticiam derelinquerẽt. ſed pacem ſemper habendam. pacem fratribus cuſtodiendam & caritatem precipue tenendam que eſt unitatis & concordie uin culum cõmonebant. Hec non inutiliter ut opinor a nobis ad hedificationem legentium memorie tradita ſunt. que extan torum uirorum auctoritate deſcendunt. propter eos qui tu midi & inflati aduerſum fratres feruntur. Et ſi qui forte titu bauerint. miſerationum Criſti uiſcera ab eis putant penitus excludenda. Refertur adhuc in eadem ſcriptura & alia narra tio. quam cognitionis cauſa his inſerere dignum putaui. Al chibiades quidam erat in numero eorum qui pro Criſto uincti tenebantur. Hic uitam ſatis arduam & auſteram gerebat. nihil cibo uolens accipere. ſed tantum ſale & pane cum aqua utebatur. Cumq; hunc uite rigorem uellet etiam in carcere poſitus obtinere. Attalo poſt primam confeſſionem ſuam quã in amphitheatro confeſſus eſt reuelatur. quia non recte face ret Alchibiades. creaturis dei & ipſe non uti. & aliis formã ſcandali derelinquere. Quibus cognitis Alchibiades cepit om nia cum gratiarum actione percipere. Quia que illi reuela bat ſpiritus ut doceret. & huic ut ſequeretur idem ſpiritus perſuadebat. Sed de his finis ſit. Igitur Montanus & Alchi biades & Theodotus in Frigie partibus tunc primum apud quamplurimos in prophetarum opinionem uenerunt. Et quia per illud adhuc tempus multe etiam alie uirtutes & gratie in diuerſis eccleſiis per donum ſancti ſpiritus miniſtrabantur facile accommodantes fidem etiam his potuiſſe prophetie gra tiam dari. Cumq; plurima inter fratres diſſenſio fuiſſet ex

orta rurſum

2009 Ministerio de Cultura

orta rurſum eccleſie galliarum iuditium ſuum & ſententiam
de his quoq; cum omni reuerentia & recte fidei expoſitione
decernunt . epiſtolas martyrum qui apud eos conſumati fue-
rant proferentes . Quas illis in uinculis poſiti . per Aſiã &
Frigiam fratribus conſiſtentibus ſcripſerant . & Eleutherio ur
bis Rome epiſcopo qui de pace eum eccleſie commonentes .
Quiq; etiam Hyreneum preſ biterum tuuc adhuc eccleſie Lu
gdunenſis ſupradicto urbis Rome Epiſcopo Eleuterio cõmen
dabant . teſtimonium uite eius perhibentes . ſicut ipſorũ etiã
uoces que infra ſcribuntur oſtendunt .

u Alere te in deo.iterum & Cap .iiii.
ſemper optamus pater Eleutheri . Rogauimus fratrem
& ſotium noſtrum Hyreneum hec tibi ſcripta deferre . Quẽ
deprecamur ut habeas commendatum . Emulator namq; eſt
teſtamenti Criſti . Scimus enim ꝙ ſolus offitii gradus non fa
cit aliquem iuſtum . quo tamen iſte recte utitur in preſ biterio
ſed plus eum ex uite merito commendamus . Enumerant
etiam poſt hec diuerſorum martyrum glorias . quanti fer-
ro ceſi . quanti beſtiis . quanti ignibus . quanti etiam ſqua-
lore carceris aſſumpti ſunt . Que ſi qui uult plenius noſcere
ipſas ex integro requirat epiſtolas .

i Gitur Antonini temporibus quibus Cap . v.
hec geſta referuntur . Marcum Aurelium fratrẽ eius
Ceſarem bella inferentem Germanis ac Sarmatis tradunt
hyſtorie . cum ſiti eius periclitaretur exercitus . eſtuantem &
querentem quid facto opus eſſet . repperiſſe in legione quoſ-
dam milites criſtianos . Quibus ut noſtris moris eſt pre-
cibus exauditos . pluuiam preſtitit deus. flexis genibus de-
precantibus . exaudiſſe deum deprecationes eorum . Et ſubi
to contra omnium ſpem . largiſſimis hymbribus perfuſis .
exercitus quidem periclitantis pro quo orauerant criſtiani ſi
tim ſedatam . hoſtes uero qui iam exitialiter imminebant.
fulminibus crebris . & celitus prolapſis ignibus effugatos .

ignibus effugatos

2009 Ministerio de Cultura

ignibus effugatos. Quod factum refertur quidem & ab hyſto ricis gentilium. Sed quia noſtrorum orationibus impetratum ſit non refertur. quippe apud quos etiam cetera miracula que a noſtris geſta ſunt.non habent fidem. Noſtrorū uero & Tertullianus hoc memorat. & apud grecos Apollenaris. Qui etiā ipſam legionem pro inſignis facti miraculo. mutato nomine uocitatam dicit ab Imperatore Fulmineā. Tertulianus uero Marci Imperatoris epiſtolas etiam nunc haberi dicit. quibus de his apertius indicatur. Sed nos iam ex hoc ad hyſtorie ordinem redeamus. Igitur Photino nonageſſimo uite ſue anno cum ceteris gallie martyribus conſumato. Hyreneus Lugdunenſis eccleſie ſuſcepit ſacerdotium. Quem Hyreneum Policarpi auditorem fuiſe impueritia comperimus. Hic intertio aduerſum hereſes libro. Eleutherii epiſcopi temporibus. que tempora nunc habemus in manibus. ſcribere ſe opus illud indicat his uerbis.

f Vndata igitur & hedificata eccleſia beati Cap. vii. apoſtoli Lino. offitium epiſcopatus iniungunt. Cuius Lini Paulus in epiſtola ad Timotheum meminit. Huic ſuccedit Anicletus. Poſtquem tertio loco epiſcopatum ſuſcepit Clemens. Hic autem cum beatis apoſtolis fuit. & cum ipſis uitam ſemper exegit. atq; ab ipſis inſtitutus recentem gerebat traditionis eorum memoriam. & predicationis eorū formam ſemper habebat in oculis. Sub hoc ergo Clemente. ſeditio non modica exorta eſt apud Corinthum inter fratres. ita ut ex perſona romane eccleſie. ſcriberet ipſe Clemens ad Corinthios epiſtolam neceſſariam. que eos reuocaret in pacem & fidem eorum que concuſſa fuerat renouaret. exprimens in ea apoſtolorum traditionē quam nuper ab eis ipſe ſuſceperat. Et poſt aliquanta iterum dicit. Huic autem Clementi ſucceſſit Enuariſtus. & Enuariſto Alexander. Et poſt hunc ſextus ab apoſtolis ordinatur Xyſtus. Poſtquem Teleſphorus. qui & illuſtre martyrium duxit. Poſt hunc Hyginus. Deinde Pius. Poſtquem Anicetus. Huic ſucceſſit Sother. qui nunc duodecimo

loco ab apoſtolis

2009 Ministerio de Cultura

loco ab apoſtolis epiſcopatus obtinet ſortem.& eaſdē quas apo-
ſtoli tradiderunt predicationes diuine fidei. integras illibataſq;
h custodit. Cap. vii.

Ec Hyreneus in ſupradictis libris complexus eſt. Sed &
in ſecundo nihilominus eiuſdem operis libro.dicens etiā ſuis tē
poribus reliquias quaſdam diuine uirtutis in eccleſiis īueniri hoc
modo ſcribit. Abeſt autē longe ab eis ut mortuū ſuſcitent.ſi-
cut domīus ſuſcitauit.& apoſtoli per oratiões. Sed & fratres fre
quenter fecerunt hoc implurimis eccleſiis.ita ut omni ſimul ec-
cleſia congregata.ieiuniiſq; & orationibus multis ad deum pro-
fuſis.conuerteretur ſpiritus mortui.& redderetur homo uiuus
per orationes ſanctoꝝ.Et iterū dicit poſt aliquanta.Q uod ſi do
minū per fantaſiam dicent feciſſe hec.ad prophetas ueniamus q
hec ab eo gerenda eſſe predixerant.& qui confirmarunt hūc eſ
ſe filium dei.Propter qđ &.diſcipuli ſui in ipſius noīe & ab' ipſo
accipientes gratiā faciunt hec.ab ſubueniendū ſaluti hoīm.prout
unuſquiſq; meruerit.Alii namq; demones fugant & ita eos qui
incurſati ſunt purgant.ut interdū ipſi illi qui curati ſunt.creden
tes in eccleſia permaneant. Alii autē preſcientiam accipiunt fu
turoꝝ.& uiſiones propheticas uident. Alii infirmos manu ſup
poſita reſtituunt ſanitati. Sed & mortui ab his aliquotiens ſu-
ſcitati ſuut.& permanſerūt nobiſcū per annos multos. Et quid
plura? non eſt numerus ſingularū uirtutum que per uniuerſum
mundū in eccleſiis dei geruntur.per gratiam & nomen Ieſu cri-
ſti ſub pontio pilato crucifixi.Q ue tamen cottidie fiunt nō ob
aliquam nundinationē.neq; ob pecunie queſtū. ſed ſicut gratis
gratia accipitur adeo.ita gratis eadē miniſtratur. Et iterū alio in
loco idē Hyreneus ita ſcribit.Sicut inquit audiuimus multos ex
fratribus in eccleſia gratiā habētes prophetaꝝ. & oībus linguis
loquentes per ſācti ſpūs donū. Q ui & miſteria & ſecreta dei in
manifeſtū cū expedit proferunt.Hec aūt inſeruimus.ut oſtende
mus diuerſas ſcī ſpūs grās uſq; ad illa adhuc tēpora apud dignos
quoſq; ī eccleſiis pduraſſe.qm̄ qdem ī initiis polliciti ſumus hoc
nos in tempore probaturos Cap. viii.

Sed & de ordīe

2009 Ministerio de Cultura

Matheus.

ſ Ed & de ordine canonis diuinarum ſcripturarū. quid etiā ſupradictus uir Hyreneus ſentiat. ipſius nihilominus ſermonibus proferamus. Primo inquit de ſanctis euangeliis uideamus. Matheus quidem hebreis propria eorum lingua conſcriptum edidit euangeliū. cū Paulus & Petrus in urbe roma euāgelizarēt. atq; eccleſie inibi fundamenta ſolidarent. Poſt quorū exitum. Marcus diſcipulus & interpres Petri. euāgeliū qđ ille predicauerat digeſſit in libro. Poſt hec Ioannes diſcipulus domini qui & ſupra pectus eius recubuit edidit euangelium apud Epheſum urbem Aſie poſitus. Hec intertio ſupradicti operis libro. In quinto uero de reuelatione Ioannis ſcribēs. & de numero nominis antixpī. hec refert. Cum igitur hec ita ſe habeant. & in oībus rectis & antiquis exēplaribus iſte numerus īueniatur. ſed & illi hec eadem conteſtantur. qui Ioannē uiderūt in corpore poſitum & uerbū dnī predicantē. quia numerus beſtie ſecundū grecorū cōputū & litteras que ī eodē cōſcribūtur. Et pauloPoſt iterū ſubiūgit hec. Nos ergo periculū incurrere nolumus. de antixpī noīe cōfidentius aliquid pronūtiātes. Si enī oporteret hoc euidēter & palā in hoc iā tēpore predicari. utiq; & ꝑ illū q apocalipſim ſcripſit. nomē eius euidēter fuiſſet expreſſū. qa nec ipſa reuelatio āte multū tēporis fcā eſt. ſed pene iā nrā etate prope finē Domitiani Ceſaris. Hec nobis etiam de apocalipſi uir ſupra memoratus expoſuit. Meminit aūt prime epiſtole Ioannis. & prime Petri plurimaq; ex ipſis ſumit exempla. Nec non & libellū qui dicitur paſtoris amplectitur dicens. Bene ergo refert ſcriptura que dicit. primo oīum credēdū eſt. qa unus ē deus qui oīa creauit atq; cōpoſuit. Vtitur autē & teſtimoniis de ſapientia Salomonis. Sed & apoſtolici cuiuſdam uiri cuius nomē reticuit ſermonū q̄ſi memoriter meminit. Iuſtini quoq; martyris & Ignatii memoriā facit. & ea q̄ ſcripſerūt producit in mediū. & promittit ſe quoq; aduerſū ſcripta martionis reſpōſurū. Sed & de ſeptuagita īterpretibus diuinarꝶ ſcripturarꝶ. audi qbus referat uerbis. Deus inqt hō factus ē & ipſe domīus ſaluabit nos. q dedit ſignū illud qđ de uirgīe ſcriptū ē. Et nō ſicut qdā dicūt eorꝶ q modo auſi ſūt

Aliter īterpretari

2009 Ministerio de Cultura

Aliter interpretari ſcripturas & aiunt. Ecce iuuencula in uen-
tre accipiet & pariet filium . Sicut interpretatus eſt Theodo-
tion Epheſius.& Aquila Ponticus.ambo iudei proſeliti. Q uos
ſecuti ſunt Ebionite.qui dicunt Criſtum de Ioſeph natum . Et
poſt pauca iterum infra ſubiungit . Prius enim inquit quam
romanorum inualeſceret principatus . cum adhuc Macedones
Aſiam poſſiderent . Ptolomeus Largi filius uolens bibliothece
ſue quam apud Alexandriam ex omnium ueterum grecorum
uoluminibus conſtruebat maiorem gloriam querere . petiit
etiam ab Ieroſolimitis.ut hebreas eoꝝ ſcripturas in grecam lin
guam interpretatas acciperet. At illi ſubiecti quippe erant ma-
cedonibus.electos & in ſcripturis ſcīs eruditiſſimos atq; inutraq;
lingua peritiſſimos uiros ſeptuaginta preſ biteros . miſerunt ad
Ptolomeum. In quos tamen dei uoluntas & conſilium gerebat̃
Tum ille ſinguloꝝ uolens accipere documenta.& uerens ne for
te per interpretationem occultarent inſertam diuinis uolumini
bus ueritatem.ſingulos aſe inuicē ſeparat.& eadem ſeorſum po
ſitos interpretari iubet.eūq; ordinem interpretandi in ſingulis
quibuſq; uoluminibus obſeruari. Q uoſq; rurſum ſe corā in unū
oīs reuocari.& conferre ad inuicem que ſinguli īterpretati ſūt
facit. Et tunc deus uere glorificatur & ſcriptura ſācta.q̃ uere di
uina eſſet agnoſcitur. Oīs enim eadem.hiſdē uerbis.eiſdemq;
noībus ac ſententiis ſcripſerant ab initio uſq; ad finem.ita ut &
ipſi qui aderant gentiles agnoſcerēt.quia dei nutu ſcripture tūc
interpretate ſunt. Et nihil mirum ſi diuina prouidentia hoc ita
fieri procurauit.cum in ea captiuitate que populo acciderat ſub
Nabuchodonoſor rege corruptis ſcripturis.cū poſt.lxx.annos iu
dei ad patriam ſuā redirent.temporibus Artarxerſis Perſarum
regis.inſpirauerit deus Heſdram ſacerdotem extribu leui.ut oīa
priorum prophetarum uolumina ac uerba repararet.ac reſtitue
ret populo legem que per Moyſen fuerat data. Hec Hyreneus.

Ca .viiii.

i Gitur decem etnouem annis Antoninus cū
inperio ꝑduraſſet.poſt exceſſū ſui prīcipatū Cōmdo de
reliq̄t. Huius prīo īperii āno. Iulianus apud Alexandriā ſacedotiū
ſuſcipit Agrippino

Los 70 interpretes, divisos, concordes en todo

2009 Ministerio de Cultura

ſuſcipit Agrippino exactis duodecī annis in epiſcopatu defuncto

c Vm per idē tēpus ſcole eccliaſtice & doctoris Ca.x.
offitio preeſſet uir in omī eruditiōe nobiliſſimus Panthenus. Exquo apud eos conſuetudo antiquitus tradita uſq; in hodiernū permanet. diuinarū ſcripturaꝝ doctores inibi ſcole eccliaſtice haberi uiros.dūtaxat inſcientia & eruditione probatiſſimos Huius ergo offitii uelut auctor quidā & dux de quo ſupra diximus.ſatis illuſtris habebatur.Quippe qui etiam in philoſophis prius qui Stoici appellantur.nobiliter claruiſſet.Cuius tantū ſtudii erga uerbū dei & tantum amoris fuiſſe traditur .ut etiā ad predicandū Criſti euangelium oībus gentibus que in oriētis ultimis receſſibus reconduntur.fidei & deuotiōis calore profectus ſit .& uſq; ad Indiam citeriorē uerbū dei predicando peruenerit Erant enim adhuc in illis tēporibus & euangeliſte nonnulli.qui ad imitationē ſanctoꝝ apoſtolorum indiuerſis orbis partibus oberrantes per gratiā dei & animi ſui uirtutem . uerbū dei & fidē Criſti ignorantibus quibus q; gentibus inferebāt. Inquibus precipuus & illuſtris Panthenus habebat̄. Quem ferūt cū ad Indos perueniſſet.repperiſſe ꝙ Bartholomeus apoſtolus apud eos fidei ſemīa prima condiderit.& Mathei euangeliū hebreis ſcriptū litteris dereliquerit . qđ per idem tempus ſupradictus Panthenus inibi repertum detulerit.Sed & in multis preterea aliis doctor.in eccliaſticis ſtudiis apud Alexandriam.claram ſatis & nobilem uitam.optimo & admirabili fine cōcluſit.Tam uiua uoce diſcipulos inſtruens quā & libroꝝ monimentis etiam poſteris theſauros ſcientie derelinquens . Cap.xi.

i N huius diuinarum eruditionum ſcolis.quā maxime efflouit apud Alexandriam Clemenes.eodē uocabulo quo & ille in urbe roma apoſtolorum & ſucceſſor & diſcipulus uocitatus.Deniq; hic ipſe Clemens in ſeptimo diſpoſitionum libro Pantheni tanquā magiſtri & preceptoris ſui mentionem facit . Sed & in primo libro Stromatum hunc eundem deſignat.in eo loco ubi enumerat . ꝙ plures apoſtolice predicationis reperit uiros . hoc dicens . Mihi quidem commentarii huius operis

operis non ad

2009 Ministerio de Cultura

opis nō ad oſtētationē ſcribūt᷑.ſed ad cōmemorationē ſecte & ad obliuionis remedium. Q uo ſcilicet in his ſit mihi adumbratio quedā rerꝝ magnificarꝝ diuinorꝝq; uerborꝝ.que audire merui auiris ſāctis & beatis.Quorꝝ ab alio apud Achaiā.ab alio apud Syriam.ab alio uero inoriēte & maxīe apud Paleſtinā inſtitutus ſū exhebreorꝝ origine ueniēte.Ad ultimum autē in egypto magiſterio uſus ſum.uiri uirtutis & ſciētie merito oībus preferendi. Poſt quē uelut theſauro in abſcōditis repto aliud querere ultra ceſſaui.Et illi quidē diuine doctrīe ueritatē mihi queſiui ab ipſis ſtatī primis auctoribus.Petro.& Iacobo.ac Ioāne.& Paulo ſāctis apoſtolis tradita fuerat.tanq̄ patrē filiis cōmendarunt. Sed pauci pribus ſimiles filii. Tamē deo fauēte.per ipſos innobis aplici germinis plātata ſunt ſemina. Cap.xii.

p Er idē tēpus ecclīe Ieroſolimorꝝ Narciſus preerat. Q ui fame merito noſtris adhuc tēporibus celebrat᷑ qntā decimā poſt eos qui excircunciſione fuerāt ſucceſſionē.uſq; ad tēpora Adriani obſidionis adducēs.Primum namq; inibi exgētibus epm̄ fuiſſe indicauimus Marcum.Poſtquē Caſſianum.inde Publium.Poſt hunc Maximū.& ſic Iulianum.Poſtquem Gaium.& iterꝝ alium Iulianū.Capitonē quoq; & Valentē. Inde Dolitianū Poſtquē triceſimum ab apoſtolis Narciſum. Cap.xiii.

u Erum ea tēpeſtate Rodo quidā ex Aſie prouītia oriūdus ut ipſe ſcribit.in urbe roma eruditus.refert a Tatiano cuius īſuperioribus īter ceteros ſcriptores meminimus.libros quā plurimos & maxīe contra Martionis hereſim ſcriptos. Q uā aſſerit idē Tatianus.indiuerſas ſciſſam eſſe ſentētias. Sed & qui.& quā obcauſā ex eadem hereſe ſciſſi ſint.ipſe per hec uerba deſignat.Propterea inquit etiā inter ſemetipſos diſcordant.quia id affirmare cupiūt.q̄d nō poteſt ſtare.Ex eorꝝ nāq; grege eſt Appelles.qui abſtinētie & ſenectutis prerogatiua uſus.unum quidē oīum eſſe fatet᷑ initium.Prophetas tamē contrario ſpū aſſerit īſpiratos.ſequēs ꝑſuaſionē uirginis cuiuſdā acte ſpū demonis nomine Philumīe.Alii autem ſicut ipſe nauta Martion. duo eſſe pricipia ītroducūt.Ex q̄bus ē & Potitus.& Baſiliſcus.Q ui & ipſi

ſecuti ſunt

2009 Ministerio de Cultura

ſecuti ſũt quidẽ ponticũ lupũ. Sed nõ inueniẽtes exitũ reꝶ ſicut
nec ille quidẽ. ad ea que putarũt eſſe faciliora conuerſi ſũt. & duo
principia introduxerũt. abſq; ullis hoc probationibus cõfirmãtes
Alii quoq; ex eiſdẽ rurſus indeterius deuoluti ſũt. nõ ſolũ duo
ſed tria principia & tres naturas cõfirmãtes. Q uoꝶ princeps &
auctor Sinerus ſicut ipſi defẽſores dogmatis huius dicũt. Sed &
ipſe deſcribit qđ cõgreſſus ſit cũ Appelle. ita referẽs. Nã & ſenex
Appelles hũit nobiſcũ ſermonẽ. & multa male docere conuictus
eſt. Vnde & aſſerebat nõ oportere oĩo fidei diſcuti rõnẽ. ſed unũ
quẽq; debere in eo ꝙ credidit ꝑmanere. Salutẽ nãq; his eſſe qui
incrucifixũ ſpant. tantũ ut inbonis operibus inueniant̃. Manife
ſte tam̃ decernebat de deo ſicut prediximus unũ eſſe principiũ
ut & nos dicimus. Et inde exponẽs eius oẽm ſentẽtiã. introducit
etiã ipſe ſuũ ſenſũ. Dicebã aũt inquit ad eũ. Vnde tamen inquit
oſtẽdimus unius principii rationẽ. aut quomõ hoc aſſerat̃ ediſſe
re. Tum ille prophetie quidẽ aiebat ſemetipſas coarguũt. qa ni-
hil oĩo cõtinẽt ueritatis. ex eo ꝙ inter ſe inuicẽ diſcordẽt. & utiq;
falſe ſunt. que ſibi metipſis aduerſant̃. Q uomõ aũt ſit unũ pri
cipiũ. ſe quidẽ ſcire denegabat. Itatam̃ ſibi uideri. Cũq; ad iura-
retur ame. ut ꝙ ueꝶ eſt diceret. ſacramẽto cõfirmauit. ſe neſcire
quomõ unus ſit unigenitus deus. ſed tantũmodo credere. Tum
ego deriſũ plane eũ & notatũ habui. qui ſe doctorẽ profiteretur
eoꝶ que ignorare fateret̃. In eodẽ quoq; opere refert̃ Calliſtion
quidã in urbe roma diſcipulus extiſſe Tatiani. qui ſcripſit cõpoſi
tum eſſe a Tatiano propoſitionũ uel q̃ſtionũ libꝶ. ĩquo oĩa que
obſcura ſũt & difficilia in ſcripturis diuinis abſoluat. Sed idẽ Ro
do in cõmentariis ſuis propoſitiões eius probaturũ ſe. & cõfuta-
turũ promittit. Eſt aũt eiuſdẽ & in exemeꝶ cõmentarius. inquo
refert. ꝙ Apelles quãpluria aduerſũ legẽ Moyſi cõſcripſerit im
pia. & aduerſũ totã legẽ blaſphemas protulerit uoces. coarguens
ut ſibi uidetur. & deſtruens ea que ſcripta ſunt. Cap. xiiii.

h Ec & multa alia ex ſupradicti ſcriptoris cõperimus libris.
Cũ tamẽ hoſtis huãni generis ad ſalutẽ hoĩm debellandã.
nihil uſquã ocii gerit. ſed diuerſas & uarias hereſes ꝑſingula q̃q;

ſuſcitat loca

2009 Ministerio de Cultura

ſuſcitat loca. Inquibus maximū ſui generis ſerpentē apud Aſiā
Frigiāq; producit mōtanū. qui ſe paraclitū noīaret. Ec cū eo mu
lieres priſcam & maximillā. quas prophetiſſas uelut ex ipſius fa
ctas inſpiratione iactabat. Cap. xv.

ſ Ed in urbe Roma Florinus quidā gradu preſbiterii de ec
cleſia cōlapſus. una cū Blaſto ſotio & criminis & furoris.
plurimos de ecclīa in ſuū baratrū deducebāt. noua aduerſū ueri
tatem figmēta machinantes. Sed aduerſū hereſim catafrigarum
ſcutū ualidiſſimū protulit Apollinaris Hyerapolites. de quo ſu
pra memorauimus. aliiq; quāplurimi ad id locorū eruditiſſimi
uiri aduerſū eos pro ueritatis defenſione certarūt. Qui etiā no
bis ad hyſtorie textū munimenta ualidiſſima reliquerūt. Interi
ut diximus Apollinaris ſcribēs aduerſus hanc hereſim. & deſi-
gnās īprefatione. ꝙ per ecclīas Galatie uicinarūq; ꝓuintiarū digre
diens. & plurimos ab eis inretitos uidens. multos quidē & corā
diſputādo correxerit. rogatus tamē a frībus etiam hec ad ipſos
ſcripta tranſmiſerit. Inquibus poſt aliquanta cū auctorē huius he
reſis deſignaſſet. progrediēs etiā hec addidit. Cap. xvi.

o Rigo inquit huius hereſis que aduerſū ecclīam nuper ex
orta eſt. inde deſcendit. Vicus quidā eſſe dicit̄ apud Meſ
ſiā Frigie ciuitatē qui appellat̄ Ardabau. Inquo aiūt Montanū
quedā noīe qui nuper ad fidē Criſti uenerat. ſub Grate Aſie ꝓ
cōſule cupiditate nimia primatus accenſū. contrariis ſpībus in ſe
metipſo locū dediſſe. ac repente in quodā exceſſu mētis effectū
& uelut ſpū actū proloqui cepiſſe noua quedā & diuerſa ab his
que ex ſucceſſione maiorū ecclie tradita fuerant. uelut propheta
li ſpecie proferentē. Que cū ita uiderēt fieri hii qui per idem tē
pus aderāt auditores. alii eū uelut demone repletum. & erratico
perflatū ſpū ad decipiendos populos iudicātes obiurgabāt. & pro
loqui omīno prohibebant. memores dnīci precepti & commina
tionis eius qua iubet obſeruari a falſis prophetis. Alii aūt uelut
ſācto ſpū repletū. & prophetica grā donatū putabāt. Et inmemo
res dnīci precepti. erratico & ſeductori ſpūi eatenus indulgebāt.
ut etiā prouocare eum ad dicenda aliqua delectarentur. Et hoc

fiebat arte

2009 Ministerio de Cultura

ſiebat arte diabolica.qua indiſciplinatis perditio parabat̃. A qui
bus Mōtanus cū ſupra quā dignum eſt inueneratione haberet̃
intantū temeritatis progreſſus eſt.ut etiā duas quaſdā mulieres
inſano ſpiritu quo ipſe replebat̃ particeps ſibi faceret ad inſaniē
dum ſecū pariter & doceret.quo facilius uterq; ſexus in errorē
ꝑ utrūq; caperet̃.Hic etiā beatificare eos qui ſibi familiarius ad
herebāt.& promiſſionū magnitudine tumidos reddere.Interdū
etiā obiurgare quoſdā.uti ne in oībus adulatores deprehēderēt̃
Tamen perpauci erāt ex Frigibus qui eoꝝ deciperentur inſania
Quibus & perſuadebat.uniuerſā eccliam que per orbē terre eſt
blaſphemare.& non ſolum nihil ei deferre reuerētie.ſed ne limē
quidē eius incedere.Frequēter tamē aduentantibus ex Aſia fra-
tribus . ueſani & contra fidem Criſti bachātes.cōfutati ut here
tici corruptoreſq; ueritatis.ab ecclie conuētu & ſotietate depul-
ſi ſunt.Hec in primo libro ſcribens . & per oīne opis ſui corpus
fraudes hereſis in ſingulis quibuſq; cōuincens.In ſcđo quoq; uo
lumīe de eiſdem etiā hoc ſcribit.Quale eſt autē īquit qđ & ꝓ-
phetaꝝ percuſſores nos uocāt.pro eo ꝙ inſanas eoꝝ non ſuſcipi
mus fantaſias? Dicunt enī hos eſſe quos promiſerit domius ad
populum ſuū ſe eſſe miſſuꝝ prophetas.Reſpondeāt ergo nobis
ſi adeo miſſi ſunt prophete Montanus & mulieres eius.qs eoꝝ
a iudeis perſecutionē paſſus eſt? Aut quis abiniquis occiſus eſt?
uel quis eoꝝ pro noīe dnī tentus eſt? Et ante reges & preſides
ſtetit? Aut quis inſinagogis iudeoꝝ flagellatus eſt? Vel qs la-
pidatus eſt? Quinimo & ecōtrario tradit̃.ꝙ finē uite exemplo
iude traditoris acceperit.Dicunt̃ enī ipſo demone quo īſpirabā-
tur id agente.diuerſis quiq; tēporibus.uitā laqueo finiſſe.Illū ue
ro admirabilē uite ueluti prophetie ipſoꝝ primogenitum Theo
dotum noīe.tradunt quodā tēpore uiſum ſibi eſſe uelut in celo
aſſumi.& crediſſe ſe ſpiritui erroris.quo euectus in excelſum.&
inde deductus ad terrā finē uite exitu peſſimo terminaſſe. Sed
hec ipſi de Mōtano uel Theodoto ac mulieribus ita geſtum ne
gant.Tam̄ a plurimis affirmat̃.Quod tum īter negantes & cō
firmātes.nos rei fidē relinquimus in medio.Item poſt aliquanta
ſubiungit etiam

ſubiungit etiā hec.Sed & ſcī epī probatiſſimi uiri qui per idē tē
pus fuerāt.Zoticus de Cumana.& Iulianus de Apamia.aggreſſi
cohibere ſpm̄ qui loquebatˀ in Maximilla.iuſſerunt Themiſonē
obturare os eius.& excludere uocem falſi & erratici ſpiritus.
Quod & ita factum eſt.Et iteꝝ coarguēs falſā fuiſſe Maximille
prophetiā.que bella quāplurima īminere predixerat.his utitˀ uer
bis.Et quomodo nō eius mēdatium euidēter arguitˀ:Tredecim
nāqꝫ iā exacti ſunt anni uſqꝫ ad preſentē diē.ex quo mortua eſt
iſta mulier.& nuſquā prorſus uel priuatī uel publice bellum ali-
quod exortum eſt.Sed & criſtianis per dei miſericordiā pax iu-
gis & firma ꝑdurat.Sed & in tertio libro de his qui ſe iactabāt
ꝙ multi martires ex eoꝝ hereſi extitiſſent. hoc dicit.Cū inquit
oībus que ſupra diximus cōuicti nihil reſpōdere potuerīt.ad mar
tyres cōfugiunt.dicētes ſe multos habere martyres.& hoc eſſe ī
ditium ꝙ uerus ſit apud ipſos propheticus ſpiritus. Qđ ergo:
Quia multi & alii heretici plurīos martyres hn̄t.ideo adqeſcen
dū ē eis .qđ etiā ueritas apud ipſos ſit: Nā primi ꝗ dicūtˀ Mar
tioniſte.habēt plurīos martyres.Sed que eſſe poterit apud eos
martyrii ueritas.ubi Criſti ueritas nō ē. Et poſt aliq̄ta iteꝝ ſub
iūgit.Deniqꝫ ait.Scī martyres ꝗ pro uera fide martyriū ducūt
cum de ecclia ꝓcedentes ad paſſionē ducuntˀ.ſi qui forte inuen
ti fuerint cum eis de hereſi catafrigum . ſecernunt ſe ab eis &
reſpuunt eoꝝ ſocietatē.nec ullo genere cū iā martyrii palmā te
neāt.ſpūi Montani & Maximille adquieſcēdum putāt. Sicut &
nr̄is tēporibns apud Apamiā que ē ſupra Meādꝝ poſita.geſtū
ſcimus a Gaio & Alexādro·qui de Eumenia martyres extiterūt.

i N eodē aūt opere meminit Meltiadis Cap.xvii.
ſcriptoris tanquā qui & ipſe libꝝ aduerſū hereſim ſupra-
dictā conſcripſerit.Deniqꝫ & inſerit ex eius dictis ſuo operi hec
uerba.Neqꝫ enī credendū eſt īquit.in exceſſu mētis ideſt ꝑ amē
tiā prophetari.qđ eſt proprie pſeudo prophetaꝝ.Vbi enim quis
amens efficitur.iuſti rectiqꝫ eſſe non poteſt tenax.Qui ſine du
bio initiū ſumūt ex īperitia.ad finē uero deuoluuntˀ amentie.ſi-
cut ſupra diximus.Hoc aūt modo neqꝫ īueteri teſtamēto queq̄
neqꝫ in nouo

2009 Ministerio de Cultura

neq; nouo per dei ſpm̄ extitiſſe prophetā poterūt demonſtrare Quia neq; Agabus.neq; Iudas.neq; Silas.neq; q̄tuor filie Philippi.neq; Ammia q̄ ī Philadelphie ecclia ꝓphetauit.neq; Quadratus.neq; alius quiſquā ex numero ipſoꝝ.hoc modo dinoſcit̄ prophetaſſe.Et poſt pauca iterū ſubiungit & dicit.Si enim poſt Quadratū & Ammiā Philadelphie ut aiūt.mulieres iſte Mōtani acceſſerūt in propheticā grām.& ſicut confirmabant uniuerſe ecclie date ſunt ad prophetandū uſq; ad aduentū dnī.decipitur eoꝝ confirmatio. Quartū decimū &enī iam pene habet annū ex quo defuncta eſt Maximilla.Hec ex ſupradicti uiri cōmentariis.Ipſe uero de quo indicat Melciades.etiam alia nobis proprii operis non cōtēpnenda monimenta dereliquit. Scripſit namq; & aduerſus gentes librū.& aduerſus iudeos alium . & ad principes Romani regni Apolegeticū ꝓ fide nrā . ſcribit & aduerſus catafrigas hereticos. Cap .xviii.

ſEd & Apollonius quidā eccliaſticus nihilominus ſcriptor. libellū aduerſum eos edidit.inquo ſatis uigilanter prophetias ipſoꝝ falſas eſſe cōuincit.& ſingula in eis uerba coarguit.ſimul & uitam moreſq; eoꝝ qui auctores hereſeos extiterūt exponit per hec uerba.Sed uideamus inquit.quis eſt hic nouus magiſter.& primū nobis doctrinam eius ſcd̄m dnī ſententiā actus ipſius & opera cōmendēt.Hic eſt qui docuit nuptias ſolui.& qui ieiunioꝝ leges primus impoſuit. Qui Pepuzam & Thimiū oppida frigie Ieruſalē noīauit.atq; in hec oīs congregandos diſcernit.Qui exactores pecunie ſtatuit.Qui ſub noīe oblationū munera artifitioſius accipit.Qui ſalaria preſtat predicantibus uerbum ſuū.ut per hoc inuitati enixius doctrine eius operā prebeant.Hec de Montano.De mulieribus uero eius poſt aliquāta ita ſcribit.Oſtendemus aūt primo oīm has prophetiſſas.ex quo ſpiritu replete ſūt.uiros ſuos reliquiſſe.Quomodo ergo mentiunt̄ priſcam uirginē fuiſſe? & poſt aliquāta iterū dicit.Non tibi uidetur ꝙ oīs ſcriptura prohibet.prophetā munera accipere uel pecunias? Si ergo uideam prophetem accepiſſe aurū & argentū.& ueſtes precioſas.quomodo eā prophetem putē? Et iterum poſt aliquanta ſubiungit

2009 Ministerio de Cultura

aliquãta ſubiũgit dicẽs. Sed & Themiſus qui apud eos noĩe tan
tum confeſſionis ĩflatus eſt.uere aũt cõfeſſionis fructibus caret.
qm̃quidẽ per multã pecuniam uincla depoſuit.quem oportebat
utiq; humiliter ſe agere.Hic arrogantia elatus. apoſtolice ſibi ali
quid auctoritatis aſſumẽs.epiſtolas ad om̃s ecclias ſcribit. Inqui
bus docere conatur eos qui multo rectius quã ipſe credebant .
Et cohortatur om̃s ad nouas uerboꝝ adinuentiões accõmodare
aurẽ ſuã.Blaſphemat aũt dnm̃ & apoſtolos eius.& ſcãm eccliam
Sed & de aliis quibuſdã qui apud eos ut martyres honorantur
ita ſcribit.Verũ ne in pluribus ĩmoremur.dicite nobis de Ale-
xandro qui ſemetipſũ martyrẽ dicit.quẽ cõuiuã hẽt hec prophe
tiſſa.quẽ adorat ut deũ.non ne hic pro latrociniis aliiſq; nefariis
actibus reus extitit? Non nos dicimus.ſed acta hec publica con
tinent.Quis ergo eoꝝ cui donat peccata? Prophetiſſa ignoſcit
martyri latrocinia.an martyr ignoſcit ꝓphete rapacitatis & aua
ritie crimina? Cum enĩ domĩus dixerit nolite habere aurũ.neq;
pecuniã.neq; duas tunicas.iſti in oĩbus cõtraria gerũt.adquiren
tes & congregantes ea que dominus etiã habentes iuſſit abice-
re.Probamus nãq; eos qui apud ipſos uel prophete uel marty-
res noĩantur.non ſolũ adiuitibus.ſed etiã pauperibus.pupillis ac
uiduis pecunias cõgregare.Aut ſi habẽt cõfidentiã adſint.& pro
his habeant nobiſcũ diſceptationẽ.ut ſi cõuicti fuerint.uel de ce
tero deſinant talibus ſi implicare cõmertiis. Oportet enĩ ex fra
tribus uel agnoſci uel etiã probari prophetã.Sicut & domĩus di
cit.qa arbor ex fructibus cognoſcitur.& propheta uerus proba
tur ex fructibus.Vt aũt de Alexandro certius cognoſcat̃.ſcien
dum eſt quia iudicatus eſt apud Emiliũ Frontinũ proconſulem
Epheſi.non propter nomẽ Criſti.ſed propter quedã latrocinia .
Nam a Criſti noĩe iã apoſtata extiterat.Sed poſt hec ut fideles
quidã frẽs qui per illud tẽpus apud iudicem aliqd poterant pro
ipſo intercederent.ſimulauit ſe propter nom̃ domini laborare.&
per hoc dimittit̃.Nec tamẽ in ecclia patrie ſue receptus eſt.ubi
latro eſſe ab oĩbus noſcebatur.Quod ſi qui forte minus his q̃
dicimus accõmodandã exiſtimat fidem. ĩ archiuis publicis apud

Epheſum geſta

2009 Ministerio de Cultura

Epheſũ geſta ſeruant. Que tamen ibi ſeruari. hii optimi prophete qui ei famulantur ignorant. Qui utiq; cũ in his conuincitur. ſine dubio prophetarũ ignorãtia cũ ipſo pariter redarguitur Hec & multa alia in eo ſimilia poſſumus edocere. Aut ſi confidunt. cõminus ueniãt. excipiant intentiones noſtras. & exuant ſe ab his ſi putant ſe eoꝝ poſſe effugere conſcientiam. Item poſt pauca de ipſis prophetis iſta ſubiungit. Quod ſi negant ſe prophete ipſoꝝ munera accepiſſe. ſtatuant hoc. ut ſi conuicti fuerĩt prophetas ſe eſſe ultra non ſimulent. & mille deferã probamenta. Verũtamen neceſſariũ puto etiam reliquos hoꝝ prophetaꝝ fructus probari. Dicite mihi o uos propheticiſſe. uultus prophetantis candoribus & ruboribus aliquando fucatur? propheticiſſa ſtibiis tingitur? propheticiſſa ornamentis utitur. & ornatibus delectatur? Deinde propheta ad tabulam & ad teſſeras ludit? Propheta pecuniam ſuã ad uſuras dat? Dicant ſi licet hoc facere prophetis? Ego aũt uniuerſa hec eis probabo. Hec & multa alia idẽ Apollonius ad confutandos eos ſatis probabiliter & conſtanter intexuit. deſignans etiam hoc. ꝙ quadrageſimus iſte quo hoc ſcribebat ageretur annus. ex quo Montanus falſe huius uaticinationis initium dederat. Refert etiam de quodã Zotico. ꝙ apud Pepuzã cũ prophetare ſe Maximilla ſimularet. repente ĩgreſſus cepit imperare ſpũi qui in ipſa loquebatur. ita ut eũ penitus cohiberet. Sed obſtiterũt hii q eis adulabãt. Meminit aũt & Tharſee cuiuſdã martyris. qui quaſi extraditione prioꝝ ſe accepiſſe aſſeruerit. ſaluatorẽ precepiſſe diſcipulis ſuis. uti ne ãte duodecimũ annũ abieroſolimis diſcederent. Refert preterea & apud Epheſum mortuos a Ioãnne ſuſcitatos. & alia quãplurima. Ex quibus omĩbus uehemẽter ſupradicta hereſis cõfutat. Hec Apollonius.

ſ Erapion aũt qui poſt Maximinũ epiſcopus Cap. xix. apud Antiochiã fuit. in epiſtola ſua quã ad Caricũ & Ponticum ſcribit. de hac ipſa hereſi poſt aliquanta hoc dicit. Vt aũt etiã hoc ſciatis. ꝙ iſta que nũc noua prophetia uel potius exſecratio noua proceſſit. ab omĩ fraternitate que in uniuerſo mundo eſt reſpuitur & refutatur. Tranmiſi uobis Claudii Apollenaris

Ierapolitani Aſie

2009 Ministerio de Cultura

iuſſiſſet inquiri ſacerdotes illi atq; aruſpices nouelli ſimulacri horum uel ſotii uel etiã magiſtri deprehẽdunt̃. Cũq; ab his inquireretur quo pacto uel reſponſa redderet ſimulachrũ. uel prodigia quedã facere uideret̃. diſſimulare primo. poſtea tam̃ artius interrogati. totius ludi cõpoſitã & cõpaginatam machinã pandunt. et arte Theotegni fatentur cũcta fucata. Igitur primo oĩm ipſũ tãte deceptionis auctorẽ Theotegnũ. tũ deinde ceteros magice artis miniſtros quos ille ſacerdotes nouelli demones atq; aruſpices collocarat. dignis excrutiatos ſuppliciis duci iubet. Quibus adduntur etiã filii Maximini quos ille iam imperii ſotios adſũpſerat. Sed & propĩquos eius qui ſe ob huiuſcemodi neceſſitudinẽ moleſtiſſimos erga ciues & prouintiales exhibuerãt. paribus ſuppliciis afficit. ſtulti & uecordes. qui nõ audierũt cõmonitionẽ diuinarũ litterarũ dicentẽ. Nolite cõfidere ĩprincipibus neq; infiliis hoĩm quibus non eſt ſalus. Exiet ſpũs eius & reuertetur interrã ſuã. in illa die peribũt oĩs cogitatiões eorũ. Nos aũt quibus ſpes & ſalus in omĩpotente deo conſiſtit. & in rege oĩm xpõ ſaluatore ac redemptore animarũ nrãrũ. & correptionẽ libenter ab ipſo ſuſcipimus. & pacẽ ueniamq; ab ipſo ſimiliter expectamus. Igit̃ poſteaquã repente deo atq; hoĩbus inuiſũ ſcd̃m q̃ ſupra expoſuimus interiit ĩpiorũ hoĩm genus. ita ut merito in his completum uideret̃ qd̃ predixerat ſpũs ſcũs. Vidi impiũ ſuꝑexaltatũ & eleuatũ ſicut cedros libani. & tranſiui & ecce non erat. & queſiui locum eius & nõ inueni. Omĩ nube deterſa. letus iam dies & ſolito clarior illuxerat terris. atq; eccleſiis xpĩ ſplendor ſui ſolis effulſerat. nec uſquã qui hoc aliter reſpiceret liuidus ſupererat oculus Sed cuncti mortales tyrannice que preterierat crudelitatis horrore. etiã ſi nõdum fide. uotis tam̃ que nrã ſunt ãplectentes. uniuerſi pariter deũ uerũ piis eſſe auxilio fatebant̃. firmãq; eſſe ſpẽ in xpõ ſperantiũ cõprobabant. Ex quo aderat cũctis uelut diuino munere infuſa letitia. maxime uidentibus ea loca que pauloante impiis tyrannorũ machinis fuerant deſtructa. rediuiua conſtructione clariora & excelſiora cõſurgere. templaq; excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim criſtianorũ principum

fauor & legis

fauor & legiſlatio religioſa alacres nrõꝝ aĩos & amplius anima bat.dum & ad perſonã epõꝝ frequentius ſcriberent.& honorẽ ſacerdotibus cum ſũma ueneratione deferrent.ſed impendiorũ ſũptus benignius largirentur. Interea feſtiuitates a nrĩs frequẽ tiſſime gerebantur cum omĩ leticia & exultatione.per urbes & loca ſingula eccliaꝝ dedicationibus celebratis. Congregabantur in unũ ſacerdotes.nec pigebat etiam longe poſitos conuenire.qa nullũ longum uidebatur ſpatiũ caritati.Concurrebant etiam po puli ad populos.& tanquã uere mẽbra unius corporis xpĩ iungi ſibi inuicem ſotiariq; gaudebãt.ut uiderent̃ in eis cõpleri figura illa prophetica que cum ſacramento quodã predicata eſt dicens Quia congregabat̃ os ad os.& iunctura ad iuncturam.Quibus etiã unus ſpũs in eſſe oĩbus infuſus membris.& una aĩa merito dicitur.quia & una in omĩbus fides.& unus ab omnibus colitur deus.atq; ex uno ore hymnos oĩs concinunt deo.Iã uero ingẽs in ſacerdotibus & miniſtris atq; in omĩbus que ad religionis ob ſeruantiã pertinent gratia refulgebat.adſtabant hic pſalentium chori.iuuenes & uirgines ſenes cũ iunioribus laudabant nomen dnĩ.Hic miſtica miniſteria ordinatis ac diſpoſitis uicibus ageban tur.Pontificum quoq; ſacerdotũ conſenſus.ipſa canitie uenerabi lis eminus prefulgebat.Iam uero ſi quis per grãm dei inſpiratus ſermonẽ proferret ad populũ.cũ omĩ ſilentio ora cunctoꝝ in eũ oculiq; conuerſi.tanquã celitus ſibi per eum denũtiari aliquid ex pectabant. Tanta auditoꝝ reuerentia.tantus ordo in ſacerdoti bus ſeruabatur.Inde alius atq; alius & non ſolũ duo uel tres ſi cut apoſtolus dixit ceteris examinãtibus loquebant̃.ſed & quan tiſcũq; dabatur ſermo in apertione oris ſui.ut magis conſtaret i eis illud qđ moyſes dixerat.Quis dabit oẽm eccliam dei pro phetare? Nuſquã enim liuor aderat.nullum pulſabat inuidia.dei dona dei populis miniſtrabant̃.unuſquiſq; ſcđm qđ ſcriptũ eſt ad edificationem ecclie habundare querebat.& omĩa hec incari tate gerebantur.ita ut ſe honore inuicẽ preuenirent.& alter alte rum ſeſe diceret meliorẽ.Nam ſimplitiores quiq; admirabantur & ſuſcipiebant eos qui per ſapientiã uerbi populos inſtruebant. Sapiẽtes uero & eruditi uiri preferebant eos.qbus pura uita ac ſincera ſimpliciter

2009 Ministerio de Cultura

ſincera ſimplicitas offerēdi deo hoſtias maiorē fiduciā dabat.eiſq;
īmolandi ſacrificii ꝑmittebat̃ officiū.quos familiarior uite ſimpli
citas īcordis puritate ſeruabat.Sic ſūmo ſtudio ꝓquirebat alter ī
altero qđ preferret. Igit̃ cū tali ſīplicitate eccliaꝝ glīa apud dm̄
hoīeſq; proficeret. & imago quedā celeſtiū haberet̃ īterris.ſup
oīa quoq; religioſus prīceps Cōſtantinus exultaret ītalibus.ac ꝑ
dies ſingulos fide & religiōe creſcēs.inexplebili gaudio de ecclīa
rū ꝓfectibus repleret̃.Sacerdotibus etiā dei nō credebat ſuffice
re.ſi ſe equalē preberet.niſi eos a longe preferret.& ad imaginē
quādā ueneraret̃ diuine preſētie.Cūq; pro his oībus non iam ut
Impator.ſed ut pater coleret̃ a cūctis.non tulit īfelix inuidia uel
nrōꝝ pacē letis ſucceſſibus creſcere.uel illius erga nos ſtudia in-
quaſſata durare. Etenī Licinius q primo quaſi probitate morū
& uite integritate ac merito uirtutū nō ſolū ab eo īſotietatē re
gni fuerat adſcitus.ueꝝ & īpropīquitate ex cōiunctiōe ſuſceptus
ſororē nāq; Conſtātini ī matrimoniū accepat.uidēs Impatorē nō
tā ui & metu.quā amore & religiōe oībus īperare.atq; inſūma ue
neratione cūctis eſſe mortalibus.& precipue xpianis.hūano uitio
pulſatus.īmo inhūane inuidie clade percuſſus.occultis inſidiis pri
mo decipere egregiū principē parat.idq; quā maxime ꝑfamilia-
res ac miniſtros molit̃.Sed ille nihil quidē de eius dolis & frau-
dibus ſuſpicat̃.tam̄ quia totus erat confidēs in deo.ad oīa ſe il-
lo ſigno qđ ei celitus monſtratū fuerat muniebat. nec ullis per
hoc inſidiis fieri obnoxius poterat.Veꝝ Licinius ubi neq; bene
fitioꝝ memoria.neq; affinitatis grā reprimere īmanitatē cōcepti
ſceleris poterat.neq; tam̄ ei per occultas machinas inſidie ꝓcede
bāt.ratus ꝙ Impator xpianoꝝ precibus iuuaret̃.& idō tutus re
maneret.ſtulta iracūdia permotus.Impatori quidē apertū bellū
indicit.regniq; fidem ſocietatemq; contaminat. Noſtros uero
priuato & ſpeciali odio perſequi parat.hec inquerela deuocans
ꝙ nō ita proſe ſicut pro Conſtantino criſtiani inſolempnibus &
ex precepto ſibi traditis orationibus excubarent. Verſa igitur
uice is qui pauloante acerrime ineos uindicauerat. qui tyranno
rum tempore aduerſum criſtianos aliquid crudele moliti ſunt.
nunc in

2009 Ministerio de Cultura

nunc in noſtros tela contorquet.& tyrannidis ſue prima ſacri-
legia nroꝝ cruore delibat.Prio nāqꝫ oīm depalatio ſuo ſi qs xpia
nus eſſet exire iubet.tū & de oī militia.Poſt hec ꝓfecit peſtis &
tyrānicis edictis ſtatuit oēs q ſe xpianos ꝓfiterēt īcarcerē trudi.
Stati tam̄ inueīt aliqd ī quo priores crudelitatete ſuparet.Ad-
dit edicto ut ne qs alicui miſſo īcarcere cibū uel potū deferat.di
cens iniquū eſſe miſericordiā fieri atqꝫ humanitatem preberi his
quos ipſe ſuis legibus condēnaſſet.Et ita multitudines incarce-
rem retruſe inedia necabant.Sed p hec putabat adhuc occultio
rem eſſe tyrannidē ſuam.Verum creſcente animi ſeuitia.etiam
hoc parum uidetur.continuo in epiſcopos ceteroſqꝫ ſacerdotes
dei rabiem crudelitatis extendit.Et primo oīm nobiliores quoſqꝫ
& quos fama clarior extulerat.uel ſapientie & doctrine opinio cō
mendauerat.callida arte circūuenit.& eos aut iniuriaꝝ reos fieri
aut cuiuſlibet alterius ficti criminis precipiens.nullaqꝫ negotii in
quiſitione habita.puniri hoc ſolo quo deferebantur iubebat. Iā
uero poſt hec inaudito omibus ſeculis crudelitatis modo.omēs
qui contaminatis ſacrifitiis adquieſcere noluiſſent.nō tortoribus
ut preceſſores ſui tyranni fatiebāt.neqꝫ cruciatibus ac ſuppliciis
tradi iubebat.ſed lanionibus dari ut eos porcorum more ſuſpen
ſos.deſpicatoſqꝫ & codicibus ſuperpoſitos.poſt fruſtra cederent
& in partes diuiſos.in mare ad pabulum piſcium proicerent. Ec
cleſias quoqꝫ quas ſuis iam tēporibus cōmunibus edictis extrui
fecerat.rurſum ipſe ſubuertere.& per omnia ſatis agere.quate
nus cunctos qui ante ſe fuerant tyrannos crudelitate ſuperaret
Preterea & leges ſi que apud Romanos bene & honeſte amaio
ribus late fuerant.in barbarorū ritum conuertere.auaritie quoqꝫ
inſatiabiliter ſtudere.cenſus īnouare.& agros cultoribus uacuos
tributis replere. Preterea ſi quos iniquis factionibus circumuen
tos inexilium miſiſſet. horum uxores legittimis matrimoniis
auulſas.ſeruis ſuis ac ſatellitibus iūgere. Ipſe uero etiā cōtra eta
tis ſue uires.adulteriis & corruptione uirginum delectari. Verū
ubi huiuſcemodi armis & uirtutibus inſtructus.tyrānidē feroti-
us cepit agitare Cōſtātinus aūt q erat ueris uirtutibus adornatus
& perfecte in dei

2009 Ministerio de Cultura

& prefecte in dei pietate munitus. tot tantiſq; flagitiis ire ob-
uiam parat.nec difficultas aliqua uictorie fuit.ubi & cauſa iuſtior
& fides purior.& uirtus eminētior habebať.Deiectoq; Licinio at
q; oī memoria tyrānice dnātionis ablata.ſoliditatē Romani re-
gni cū filiis ſolus obtinuit.Tū uero ſtatus quidē reipublice.equa
bili moderatione & cenſura digniſſima Romani noīs habebat.
Innationibus barbaris metus ingēs.In prouintialibus uero me-
tu deuotio aī maior erat. Quieta omīa & trāquilla ab hoſtibus
belliſq; ciuilibus.leti ſecuriq; cuncti mortales pacē agitabāt.Eccle
ſiarū uero glīa incredibile memoratu eſt.quanto religioſi Impe
ratoris ſtudio adoleuerit.quātaq; eius cura etiā erga ſūptū īdigē
tiū fuerit.Ardens nāq; infide dei animus.& benignū ingenium
atq; clemens bonis operibus paſcebať.Intantum uero preſētiū
rerū bonitas & trāquillitas obtinebat.ut obliuionē preteritorū pa
reret malorū.Edictis nāq; frequētibus per oēm locū propoſitis.
non ſolū tyrānicas aduerſū xpīanos depulerat leges.iuſq; ciuile
reddiderat.uerū & priuilegia plurima ecclīaſtica.ac ſūmos hono-
res ſacerdotibus detulit.Ita deo atq; hoībus carus.ſūmā Roma
ni regni cū religione pura.tū etiā uirtute aīe ac moderatione ſu-
pra oīs qui prius fuerāt procurabat. Euſebii Ceſarienſis
hiſtorie eccleſiaſtice.explicit liber viiii.

b

Vcuſq; nobis Euſebius rerū in ecclīa geſtarū memoriā tra
didit.Cetera uero q̄ uſq; adpreſēs tēpus p ordinē ſubſecuta ſūt
que uel in maiorū litteris reperimus.uel nrā memoria attigit.pa
tris religioſi preceptis & in hoc parētes.quā poterimus breuiter
addemus.Hec etiā decimo libro ecclīaſtice hyſtorie continentur

Incipiunt capitula libri decimi.

Ca.i. De Arrii hereſe. Ca.ii. De concilio apud Niceam
cōgregato. Ca.iii. De cōuerſiōe philoſophi dialetici. cap.iiii.
De Pafnutio cōfeſſore. ca.v. De Spiridōe epō & mirabilibus
eius ca.vi. Exēplū fidei Nicene.& ſtatutorū eius. Cap.vii. De
Helena Cōſtātini matre. cap.viii. De cruce ſaluatoris in Iero
ſolimis ab Helena reperta. ca.viiii. De captiuitate Frumētii
& Ediſii.& de conuerſione Indorū per ipſos geſta. cap.x. De
conuerſione gentis Hyberorū per captiuam facta. cap.xi. De

Conſtātia ſorore

2009 Ministerio de Cultura

Conſtantia ſorore Conſtantini & pbrō.per eam fratri inſinuato. cap.xii. De Alexandri & Euſebii & Arrii conflictu. ca.xiii. De probroſo Arrii interitu. ca.xiiii. De Athanaſii epī prīcipiis. cap.xv. De Conſtantii imperatoris errore. cap.xvi De concilio heretitorꝝ contra Athanaſiū congregato. cap.xvii. De exciſo brachio Arſenii ceteriſq; dolis hereticorꝝ ī concilio retentis. cap.xviii. De fuga & latebris Athanaſii. cap.xix. Et conſtans Imperator pro Athanaſio patri Conſtantio ſcripſerit eūq; ecclie reddi iuſſit. cap.xx. De concilio apud Mediolanum habito & exiliis Euſebii. ca.xxi. De Ariminenſi concilio. ca.xxii. De Liberio epō urbis Rome. ca.xxiii. De Ieroſolimorꝝ & Alexandrie epis. cap.xxiiii. De ambitiōe epōrꝝ apud Antiochiā. ca.xxv. De ſciſmate Arrianorum qđ intres partes diuiſum eſt.& quidā eorꝝ Eunomiani.alii macedoniani.alii uero permanſerīt Arriani. ca.xxvi. De fine Cōſtātii īperatoris.& ortu Iuliani. ca.xxvii. De epis exilio relaxatis. ca.xxviii. De concilio apud Alexandriam ſcōrꝝ epōrum & luciferi ab his diſſidio. Cap.xxix. De his que in eodē concilio ſtatuta ſunt. cap.xxx. De Euſebio & Hylario atque ecclīarꝝ per eos reſtitutione. cap.xxxi. De ſcriptis Hylarii. ca.xxxii. De perſecutiōibus Iuliāi blādis & callidis. cap.xxxiii. De ſeuitia eius erga Athanaſium. cap.xxxiiii. De fuga rurſum & latebris Athanaſii. cap.xxxv. De ſepulchro martiris Babile. cap.xxxvi. De Theodoro confeſſore apud Antiochiā. cap.xxxvii. De Iudeorꝝ coadunationibus q a Iuliano decepti templū in Ieroſolimis reedificabant. cap.xxxviii. Vt terre motu inibi & igni diuinitus accenſo.iudei ab illicitis diſturbanť inceptis. ca.xxxix. De ſignis & uirtutibus terrificis.que ī exitu cōuerſa ſūt iudeorꝝ. Expliciūt caplā. Incipit liber.x.

c Vm apud Alexandriam poſt Achillam qui Petro martyri ſucceſſerat. Alexāder ſacerdotiū ſuſcepiſſet quia pax nrīs & qes apſecutiōibus erat.atq; ecclīarꝝ gloria cōfeſſorū meritis gaudebat.pſpitas rerꝝ nrārꝝ domeſtica cōtentione

2009 Ministerio de Cultura

domeſtica contentione turbatur. Etenim preſbiter quidã apud Alexandriam Arrius noĩe uir ſpecie & forma magis quã uirtute religioſus. ſed glorie laudiſq; & nouitatis ĩprobe cupidus. praua quedam de fide xpĩ proferre. & que antea in queſtione nunquam uenerant cepit. abſcidere ac ſeparare ab illa eterna & ineffabili dei patris ſubſtantia uel natura filiũ conabatur. Que res plurimos in ecclĩa conturbabat. Sed cum Alexander epũs natura lenis & quietus. aſſiduis cõmoĩtiõibus Arrium cuperet a prauo incepto & aſſertionibus impiis reuocare. nec tam̃ res ex ſentẽtia procederet. ꝙ pleroſq; iam contagio peſtifere aſſertionis infecerat. non ſolum apud Alexandriam. uerũ & ꝑer alias urbes prouintiaſq; diſperſa. pernitioſũ fore credens diſſimulare. & aliis plurimis conſacerdotibus ſuis rem ĩdicat. Queſtio latius innoteſcit. ſermo uſq; ad aures religioſi principis. quippe qui omĩ ſtudio & diligentia curaret que noſtra ſunt peruenit. Tum ille ex ſententia ſacerdotum apud urbem Niceam epãle concilium conuocat. ibiq; Arrium trecentis & xviiii. epiſcopis reſidentibus adeſſe iubet. ac de eius propoſitionibus & queſtionibus iudicari. C. ii.

ſEd in eo concilio admirabile factum principis. nõ puto reticendum. Etenim cum ex oĩbus pene locis epĩ conueniſſent. & ut fieri ſolet diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quedã detuliſſent. interpellabatur frequenter a ſingulis. offerebãtur libelli. culpe proferebantur. & magis adhoc quam ad id pro quo uentum fuerat animos dabant. At ille uidens quod per huiuſmõi iurgia cauſa ſũmi negotii fruſtraretur. diem certam ſtatuit. qua unuſquiſq; epiſcoporum ſi quid querimonie habere uideretur. deferret. Et cum reſediſſet ſuſcepit a ſingulis libellos. Quos ſimul omẽs inſinu ſuo continens. nec in eis quid cõtineretur. aperiens ait ad epiſcopos. Deus uos conſtituit ſacerdotes. & poteſtatem uobis dedit de nobis quoq; iudicandi. & ideo nos a uobis recte iudicamur. Vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. propter qđ dei ſolius inter uos expectate iuditiũ. & ueſtra iurgia quecũq; ſunt ad illud diuinum reſeruentur examen. Vos & enim nobis adeo dati eſtis dii. & cõueniens non eſt ut hõ iudicet

deos. ſed ille

2009 Ministerio de Cultura

deos.ſed ille ſolus de quo ſcriptũ eſt.Deus ſtetit ĩſinagoga deoꝝ
ĩ medio aũt deos diſcernit.Et idõ his omiſſis.illa q̃ ad fidem dei
pertinẽt abſq; ulla aĩorũ contentione diſcingite. Cũ hoc dixiſſet
oĩs ſimul querimoniarũ libellos iuſſit exuri.ne innoteſceret ulli
hoĩm ſimultatio ſacerdotum. Verum cũ per dies multos in epi
ſcopoꝝ concilio fidei queſtio uerteretur.& nonnulli diuerſa ſen-
tirent ac uehementer ceptis Arrii fauerent.cõplures tamẽ erãt.
qui impium Arrii execrarentur inceptũ.cũ in eodem concilio eſ
ſet confeſſoꝝ magnus numerus ſacerdotum.oĩs Arrii nouita
tibus aduerſabantur.Fauebant uero ei uiri in queſtionibus cal-
lidi.& ob id ſimplicitati fidei aduerſi. Ca.iii.

q Vantam uero uirtutẽ habeat ſimplicitas fidei.etiã ex his
que inibi geſta referuntur agnoſcimus.Etenim cũ pro ſtudio re
ligioſi imperatoris ex omĩ terra ſacerdotes dei coiſſent.opinione
cõmoti.philoſophi quoq; & dialetici ualde nobiles & opinatiſſi-
mi conuenerũt.Inquibus quidam inſignis in arte dialetica ꝑ di-
es ſingulos conflictum ſũmi certaminis cum epĩs noſtris uiris ad
ea que in dialetica non ĩprobabiliter eruditis mouebat.& fiebat
ingens ſpectaculum.Conuenientibus ad audiendũ doctis & litte
ratis uiris.nec tamen ullo genere philoſophus cõcludi aquoquã
poterat aut conſtringi.Tanta etenim dicendi arte obiectis que-
ſtionibus occurrebat.ut ubi maxime putaretur adſtrictus.uelut
anguis lubricus laberetur.Sed ut oſtenderet deus q̃ non inſer-
mone regnum dei.ſed inuirtute conſiſtit.quidã ex confeſſoribus
ſimpliciſſime nature uir.& nihil aliud ſciens niſi xpm̃ Ieſũ & hũc
crucifixũ.inter ceteros auditores epũs aderat.Qui cum uidiſſet
philoſophũ inſultantẽ noſtris.& callida ſe diſputationis arte iac
tãtẽ.poſcit ab oĩbus locum.uelle ſe paucis cũ philoſopho ſermo
cinari.Tum uero noſtris qui ſimplicitatem uiri & impericiam in
ſermone dũtaxat noſſent.pauere.& uelut pudorẽ quendam pati
ne forte apud callidos hoĩes riſui efficeret̃ ſcã ſimplicitas. Perſti
tit tam̃ ſenior & hinc mouit ſermõis exordiũ.In noĩe inqt Ieſu
xpi.philoſophe audi q̃ uera ſũt.Deus unus eſt q celũ fecit & terrã
Quiq; hoĩ quẽ de terre limo formauerat ſpm̃ dedit.uniuerſa q̃
uidentur et que

2009 Ministerio de Cultura

uidentur & que non uidentur uirtute uerbi ſui creauit.& ſpūs ſui ſanctificatione firmauit.Hoc uerbum ac ſapientia quem nos filium dicimus.humanos meſeratus errores exuirgine naſcit̄.& per paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit.ac reſur-retione ſua.eternā nobis contulit uitam. Quem & expectamus iudicem oīum que gerimus eſſe uenturum.Credis hoc ita eſſe philoſophe? At ille uelut ſi nunquā ullum ſermonē cōtradicendi didiciſſe ita obſtupefactus uirtute dictorū mutus ad omīa.hoc ſolum potuit reſpondere.ita ſibi uideri.Nec aliud uerū eſſe quā qđ dixerat.Tum ſenior.Si hoc inquit ita eſſe credidiſti.ſurge & ſequere me.ac dnīcū & huius fidei ſignaculū ſuſcipe. Et philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos uel ad eos qui audiendi gratia conuenerāt.Audite inquit o eruditi uiri.donec uerbis mecū geſta res eſt.uerba uerbis oppoſui.Et que dicebantur dicendi arte ſubuerti.Vbi uero pro uerbis uirtus proceſſit ex ore dicentis non potuerunt reſiſtere uerba uirtuti.nec homo aduerſari potuit deo.Et ideo ſi quis ueſtrū potuit in his que dicta ſunt ſentire que ſenſi.credat xpō & ſequatur hunc ſenem in quo locutus eſt deus.Ita philoſophus xpianus effectus.tandem ſe gratulatus eſt uictum.

f Cap.iiii.

Vit pretetea in illo concilio & Paſnutius homo dei epiſcopus ex egypti partibus confeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis & ſiniſtro poplite ſucciſo.per metalla dānauerat.Sed in hoc tanta uirtutum inerat gratia.ut ſigna per eū nō minus quā dudum per apoſtolos fierent.Nam & demones tantum uerbo fugabat.& egros ſola oratione curabat. Sed & cecis uiſum dicitur reddidiſſe.Et paraliticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe.Quem Conſtantinus in tanta ueneratione & affectu habuit.ut ſepius eum intra palatium euocatum complecteretur & illum oculū qui in confeſſione fidei fuerat euulſus.auidioribus oſculis demulceret.

e Cap.v.

X eoꝝ numero & ſi qđ adhuc eminētius fuiſſe dicit̄ etiā Spiridion Ciprius epūs uir unus exordine ꝓphetaꝝ qtū etiā nos eoꝝ q eū uiderāt narratiōe cōpimus.Hic paſtor ouiū etiā ī epātu poſitus permanſit

2009 Ministerio de Cultura

 

poſitus permãſit. Quadã uero nocte cũ ad caulas fures ueniſſet & manus improbas quo aditũ educendis ouibus facerẽt extẽdiſ ſent. inuiſibilibus quibuſdã uĩculis reſtricti. uſq; ad lucem uelut traditi tortoribus permanſerunt. Cum uero oues ducturus ad paſcua matutinus ſe ageret ſenior. uidet iuuenes. abſq; humanis uinculis caulis pendere diſtrictos. Cũq; cauſã noxe cõpiſſet abſol uit ſermone quos meritis uinxerat. Et ne eis inanis nocturna ce deret occupatio. tollite inquit o iuuenes unum arietẽ. ne ſine cã ueniſſe uideanimi. quem melius prece quã furto queſiſſe conue nerat. Tradunt de hoc etiã illud factũ mirabile. Filiã habuit yre nen noĩe que ei cum bene miniſtraſſet. uirgo defuncta eſt. Poſt eius obitum uenit quidã dicens ſe ei quoddam depoſitũ cõmen daſſe. Rem geſtã ignorauerat pater. Perquiſitum in tota domo nuſquã qđ poſcebatur ĩuentũ eſt. Perſiſtebat ille qui cõmãdaue rat. & fletu ac lacrimis perurguebat. Vite quoq; ſue inlaturum ſe eſſe exitium. niſi cõmendata reciperet teſtabatur. Permotus lacrimis eius ſenex. ad ſepulchrũ filie properat. atq; eã ex nomĩe clamitat. Tum illa de ſepulchro. quid uis ait pater? Cõmendatũ illius inquit ubi poſuiſti? At illa locum deſignans. illic ait inueni es defoſſum. Regreſſus ad domũ. rem ſicut filia de ſepulchro re ſponderat repertã tradidit repoſcenti. Sed & multa alia eius fe runtur geſta mirabilia. que etiã nunc ore oĩum celebrantur. Ta les igitur in illis adhuc tẽporibus permulti uiri in eccleſiis dnĩ refulgebãt. ex quibus plurimi in illo cõcilio fuerũt. Sed & Atha naſius eodem tẽpore Alexandri diaconus Alexandrini epiſcopi aderat cõciliis ſenem quãplurimis iuuans. Interea per dies ſingu los agitabatur conuentus. nec facile aut temere de re tanta ſta tuere audebant. Euocabatur frequenter Arrius in conciliũ. & aſ ſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebantur. Et quid aduerſum hoc teneri deberet aut ſtatui ſũma cũ libratiõe querebatur. Ve rum poſt diutinum multũq; tractatũ placet oĩbus ac uelut uno cunctorum ore & corde decernitur. homouſion ſcribi debere. idẽ eiuſdẽ cum patre ſubſtantie filiũ cõfiteri. idq; firmiſſima oĩm ſe tẽtia ꝓnũtiat. Decẽ & ſeptẽ ſoli tũc fuiſſe dicũt. q̃bus arrii fides

magis placeret

2009 Ministerio de Cultura

magis placeret.extrinſecus creatum dei filiũ ex nullis ſubſtanti-
bus.& non ex ipſa patris deitate progenitũ confirmãtes. Defer
tur ad Conſtantinũ ſacerdotalis concilii ſententia.Ille tanq̃ adeo
prolatã ueneratur.Cui ſi qui tẽptaſſet obniti uelut cõtra diuina
ſtatuta uenientem.inexiliũ ſe proteſtatur acturum. Sex igit̃ ſoli
cũ Arrio ſe patiuntur expelli.reliqui uero undecim conſilio in-
ter ſe habito adquieſcũt ad ſubſcribendũ manu ſola non mente
Cuius ſimulationis auctor precipue extitit Nicomedie epiſcopus
Euſebius.Interim quo quomodo aliis ueritate aliis ſimulatione
ſicut poſt exitus docuit.ſubſcribentibus & deſingulis quibuſq;
eccliaſticis obſeruationibus certa ſtatuta fingentibus.concilium
direptũ eſt.Exemplũ aũt expoſitionis fidei eorum qui conuene-
rant infra ſcriptum eſt. Exemplum fidei Nicene. Cap.vi.

c Redimus in unũ deum patrem oĩpotentem.oĩum uiſibili
um & inuiſibiliũ factorem. Et in unũ dñm noſtrũ Ieſum
xpm̃ filium dei de patre natũ unigenitũ . Hoc eſt deſubſtantia
patris.Deum ex deo.lumen ex lumine.Deum uerũ.ex deo uero
Natũ nõ factum.Homouſion patri. hoc eſt eiuſdem cum patre
ſubſtantie.Per quẽ oĩa facta ſũt.que incelo & que interris.Q ui
propter nos & propter noſtrã ſalutẽ deſcendit.& incarnatus eſt
homo factus paſſus eſt.& reſurrexit tertia die.& aſcendit ince-
los.Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.Et in ſpm̃ ſan
ctum.Eos aũt qui dicunt.erat aliquãdo quãdo non erat.& anteq̃
naſceretur non erat.& quia ex nullis extãtibus factus eſt.aut ex
alia ſubſtantia dicunt eſſe.aut cõuertibilẽ.uel mutabilem filium
dei.anathematizat catholica & aplica ecclia. Cap.i.

ſ Tatuunt preterea obſeruandũ eſſe in eccleſiis ne quis ex
his qui ſemetipſos per impatiẽtiam libidinis exciderũt.ue
niret ad clerum. Cap .ii.

e T ne quis nuper aſſũptus ex uita uel conuerſatione gẽtili
accepto baptiſmo anteq̃ cautius examinet̃ clericus fiat. Cap.iii.

e T ne quis epõꝝ ceteroꝝq; clericoꝝ cum extraneis mulieri
bus hĩtet preter cũ matre . uel ſorore uel thia.uel ſi q̃ ſũt
huiuſmodi neceſſitudinũ perſone. Cap.iiii.

Et ut qui

2009 Ministerio de Cultura

Et ut qui ẽpũs fieri poteſt.a totius prouĩtie epĩs ordinet̃.Si hoc
difficile eſt.certe nõ minus quã atribus.ita tam̃ ut Metropolita
ni epĩ maxĩe uel preſẽtia uel auctoritas habeat̃. Abſq; quo ordi
natiõem irritã eſſe noluerũt. v. Et ne quẽ ſi alius epũs de eccl̃ia
expulerit.ſiue clericũ.ſiue laicũ.ſuſcipiat alius.Sane ne hoc aut ira
cundia aliqua aut contentione ut fieri ſolet iniuſte factum reme
dium non haberet.decernunt perſingulos annos inſingulis urbi
bus atq; prouintiis·ſcd̃o ab omĩbus epiſcopis prouincialibus con
cilia agi debere.& de huiuſcemõi negotiis iudicari.ut ſi forte ab
uno inique aliquid geſtum eſt.a ceteris emendetur. Si recte ut
ab omĩbus confirmetur. vi. Et ut apud Alexandriam uel
in urbe Roma uetuſta conſuetudo ſeruetur . ut uel ille egypti
uel hic ſuburbicarũ eccl̃iarum ſollicitudinem gerat. vii. Et
ut ſi forte inordinando epõ duo uel tres pro aliqua contentione
diſſentiant.reliquorũ auctoritas & precipue Metropolitani cum
ceteris firmior habeatur. viii. Et ut epiſcopo Ieroſolimorũ
antiquitus tradita honoris prerogatiua ſeruetur.manente nihil-
ominus & Metropolitani ipſius prouintie dignitate. viiii. Et
ut catharos qui apud nos Nouatiani.ſunt.ſi forte penitentes ad
eccl̃iam conuertantur confeſſos eccl̃iaſtica dogmata.clericos ĩ or
dine quidem ſuo ſuſcipi debere.Sed ordinatione data.ſane ſi epi
ſcopus ipſoꝝ ueniat ad epiſcopũ noſtrũ.debere eum ĩpreſ bitero
rum loco ſedere.Epiſcopi uero nomen manere apud illũ ſolũ qui
catholicam ſemper tenuit fidem.niſi ſua uoluntate ipſe eum tali
noĩe honorare uoluerit uel ſi placuerit ut querat ei epiſcopi locũ
uacantem.hoc ſit in ipſius poteſtate. x. Et ne inuna ciuita-
te duo ſint epiſcopi. xi. Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacer-
dotium prouecti.poſtmodũ uel ipſi aliquid de ſe criminoſũ cõfeſ
ſi ſunt.uel ab aliis reuicti ut abitiantur. Sed & ſi qua ex his qui
lapſi ſunt & per ignorantiam forte ordinati recogniti fuerĩt ut
abitiantur. xii. Et ſi qui abſq; tormentis inperſecutionibus
lapſi ſunt & ex corde agunt penitentiã.quiq; ãnos intra catecu-
minos faciãt.& duobus ãnis poſt hoc tantũ fidelibus in oratione
iũgant̃.& ita poſtmodũ ſuſcipiãt. Qui uero propter confeſſionẽ
militiã abiecerãt

2009 Ministerio de Cultura

militiam abiecerant.& rurſũ hanc ambierunt.hos tredecim ãnis penitentiam gerere.& poſtea ſuſcipi ſi tamen ex corde penitẽtiã gerant.Eſſe tamen & ĩpoteſtate epĩ moderandi facultatẽ.ſi eoꝝ fructuoſam & attentã penitentiã uiderit. xiii. De his uero q uita excedũt penitentibus.decernunt uacuũ nullũ debere dimit ti.Si qui ſane accepta cõmunione ſuperuixerit. debere eum tem pora ſtatuta cõplere.uel certe prout moderatio epĩ uoluerit.
xiiii. Et ne diaconi preſ biteris preferantur.ne ue ſedeãt in cõ ſeſſu pbrõꝝ.aut illis preſentibus euchariſtiã diuidãt.ſed illis agẽ tibus ſolũ miniſtrent.Si uero preſ biter nullus ſit in preſẽti.tũc demũ etiam ipſis licere diuidere.aliter uero agentes abici iubent
xv. De catecuminis qui prolapſi ſunt.ſtatuere tribus annis eos a catecuminoꝝ oratione ſeperatos poſtea recipi debere.
xvi. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorẽ eccliam trãſire quis ambiat.ſiue epũs ſiue etiã alius clericus. Et ne quis clericus qui derelicta eccliã ſua nulla exiſtente cauſa probabili uagat̃ & ober rat per alias eccliãs.ſuſcipiatur in cõmunione. xvii. Et ut nemo eũ qui ad aliũ pertinet ſuſcipiens in ſua ecclia ordinet cle ricum abſq; conſenſu illius ad quẽ pertinet. xviii. Et ne q clericus aut uſuras accipiat.aut frumenti uel uini ãpliationem q ſolet ĩ nouo datũ.uel ſexcuplũ uel etiam duplũ recipi.qđ ſi faciat tanquã turpis lucri reũ abiciendũ. xix. Et ut Pauliniſte qui ſunt Fotiniani rebaptizarẽtur. xx. Sed & diaconiſſe quoniã quidẽ manus impoſitionem non accipiunt.etiam ipſas inter lai cos eſſe debere.Igit̃ cum de his prout diuinaꝝ legũ ratio popo ſcerat decreuiſſent.ſed & de obſeruatione paſce antiquũ canonẽ per quem nullo dereliquo uarietas oriretur eccleſiis tradidiſſent oĩbus rite diſpoſitis.eccliaꝝ pax & fides inorientis atq; occidẽtis partibus una atq; eadem ſeruabatur. Cap.vii.

p Er idem tempus Helena Conſtantini mater femina incõ parabili fide religione animi ac magnificẽtia ſingulari.Cu ius uero Conſtantinus cum eſſet filius.& crederetur diuinis ad monita uiſionibus.Ieroſolimã petit.atq; ibi locũ in quo ſacroſan ctum corpus xpi patibulo affixũ pependerat.ab incolis perquirit

Qui icci rco

145.

Qui icċirco adinueniendum diffiċilis erat.ꝗ ab antiquis perſe cutoribus ſimulacrū in eo ueneris fuerat defixū.ut ſi quis xpianorū in loco illo xp̄m adorare uoluiſſet.uenerē uideretur adorare.Et obhoc infrequens.& pene obliuioni datus fuerat. Sed cū ut ſupradiximus religioſa femina properaſſet ad locū celeſti ſibi inditio deſignatum.cuncta ex eo prophana & polluta deturbās. ĩaltum purgatis ruderibus.tres confuſo ordine repperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris letitiam.uniuſcuiuſqꝫ crucis in diſcreta proprietas.Aderat quidē & titulus ille qui grecis & latinis atqꝫ hebreaicis litteris a Pilato fuerat cōſcriptus.Sed nec ipē ſatis euidenter dn̄ici prodebat ſigna patibuli. Hic iam humane ambiguitatis incertum.diuinum flagitat teſtimoniū. Accidit in eadem urbe primariam quandā loci illius feminā graui egritudine confectā.ſeminecem iacere.Macharius per idem tempus eccleſie illius epūs erat.Is ubi cunctantem reginam atqꝫ omēs pariter qui aderant uidet.afferte huc inquit totas que reperte ſūt cruces.& que ſit que portauerit dn̄m nunc nobis aperi& deus Et ingreſſus cum regina pariter & populis ad eam que decūbebat defixis genibus.huiuſcemodi precē profudit. Cap.viii.

t V dnē qui per unigenitum filiū tuū ſalutem generi humano per paſſionem crucis conferre dignatus es.& nunc innouiſſis temporibus adſpiraſti incorde ancille tue perquirere lignū beatū ĩquo ſalus nr̄ā pepēdit.oſtende euidēter ex his tribus q̄ crux fuerit ad dn̄icām gl̄iam.uel q̄ extiterint adſeruile ſupplicium.ut hec mulier que ſemiuiua decūbit. ſtatim ut eam lignū ſalutare contigerit.amortis ianuis reuocetur aduitam. Et cū hoc dixiſſet adhibuit primo unam extribus.& nihil profecit. Adhibuit ſcd̄am.nec ſic quidem aliquid actū eſt.Vt uero admouit tertiam.repente apertis oculis mulier cōſurrexit.Et ſtabilitate uiriū recepta.alacrior multo quā dū ſana fuerat.tota domo diſcurrere & magnificare dn̄i potentiā cepit.Sic euidenti inditio regina uoti cōpos effecta.templum mirificum in eo loco in quo crucem repererat regia ambitione conſtruxit.Clauos quibus corpus dn̄icū fuerat affixum portat adfilium.Ex quibus ille frenos compoſuit quibus uteretur

2009 Ministerio de Cultura

quibus uteretur ad bellum. Et ex aliis galeam nihilominus bel li uſibus aptam fertur armaſſe. Ligni uero ipſius ſalutaris partē detulit filio. partem uero thecis argenteis conditam dereliquit in loco. que etiam nunc ad memoriam ſollicita ueneratione ſeruatur. Reliquit etiam hoc inditium religioſi animi regina uenerabilis. Virgīes quas ibi repperit deo ſacratas inuitaſſe adprādium. & tanta eas deuotione curaſſe dicitur. ut indignum crederet ſi famulorum uteretur offitiis. Sed ipſa manibus ſuis famule habitu ſuccincta cibum apponeret. poculum porrigeret. aquā manibus infunderet. Et regina orbis ac mater imperii. famularum xpī ſe famulā deputaret. Hec quidem Ieroſolimis geſta. Interea Conſtantinus pietate fretus. Sarmatas. Gothos. aliaſq; barbaras nationes. niſi que uel amiciciis uel deditione ſui pacem preuenerant. in ſolo proprio armis edomuit. Et quantomagis ſe religioſius deo ſubiecerat. tāto amplius ei deus uniuerſa ſubdebat. Ad Antonium quoq; primū heremi habitatorem. uelut ad unū ex prophetis litteras ſuppliciter mittit. uti pro ſe ac liberis ſuis dnō ſupplicaret. Ita non ſolum meritis ſuis ac religione matris. ſed & interceſſione ſanctorū cōmendabilem ſe deo fieri geſtiebat. Sane quoniā tanti uiri Antonii fecimus mentionē de uirtutibus eius atq; inſtitutis & ſobrietate mentis. ut inſolitudine uitam degēs uſus ſolūmodo conſortio fuerit beſtiarum. & de demonibus crebros agens triūphos. placuerit deo ſupra cunctos mortales. ut quę īſtitutionis ſue preclara uſq; in hodiernū monachis exempla reliquerit. uolentem me aliqua exponere. ille libellus excluſit. qui & ab Athanaſio ſcriptus. etiam latino ſermōe edictus eſt. Propter quod nos omiſſis his que. ab aliis iam dicta ſunt. ea memorabimus. que quāuis geſtorū contineat fides. ab his tamen qui longe poſiti ſunt. obſcurior fama ſubtraxit. Cap. viiii.

i N ea diuiſione orbis terre que ad predicandum uerbum dei ſorte per apoſtolos celebrata eſt. cum alie aliis prouintie obueniſſent. Thome parthia. & Matheo Ethiopia. eiq; adherens citerior India Bartholameo dicit̄ ſorte decreta. Inter quā parthiāq; Media. ſed lōgo īterior tractu India ulterior iacet. multis uariiſq;

lingius &

2009 Ministerio de Cultura

linguis & gentibus habitata. Quam uelut longe remotã. nullus apoſtolice predicationis uomer impreſſerat. Que tamen tẽporis Conſtãtini tali quadã ex cauſa ſemina fidei prima ſuſcepit. Metrodorus quidam philoſophus inſpiciendorꝝ locorũ & orbis perſcrutandi gratia. ulteriorem dicitur Indiam penetraſſe. Cuius exemplo inuitatus etiam Meropius quidam Tyrius philoſophus. ſimili ex cauſa adire Indiam uoluit. habens ſecũ duos puerulos. quos liberalibus litteris utpote propinquos inſtituebat. Quorꝝ unus qui erat iunior Ediſius. alter Frumentius uocabatᷣ. Igitᷣ ꝑuiſis & innotitiã captis his quibus aĩus paſcebatᷣ. cũ philoſophus redire cepiſſet. aque uel ceterorũ neceſſariorꝝ cauſa ad portũ quẽdam nauis qua uehebatur applicuit. Moris eſt inibi barbarorũ. ut ſi quando fedus ſibi cum Romanis turbatũ uicine nuntiauerint gentes. omẽs qui apud eos ex Romanis ĩuenti fuerint iugulentur. Inuaditᷣ nauis philoſophi. cuncti cum ipſo pariter ꝑimuntur. Pueruli repti ſub arbore meditantes. & lectiones ſuas parantes. barbarorꝝ miſeratione ſeruati ducuntᷣ ad regẽ. Horꝝ ille alterũ ideſt Ediſiũ ſibi pincernã fecit. Frumentio uero quẽ quaſi ꝑſpicacẽ deprehenderat. & prudentẽ. ratiões ſuas ſcriniaqꝫ cõmiſit Ex quo & in honore magno apud regem habiti ſunt. & in amore. At uero moriens rex. uxorem cũ paruo filio regni reliquit heredem. Adoleſcentibus aũt quid uellent agendi dedit liberã facultatem. Quos tamen regina ſuppliciter exorat. tanquã que nihil haberet in toto regno fidelius. ut ſecum uſqꝫ quo adoleſceret filius regendi regni ſollicitudinem ꝑtirentᷣ. Et precipue Frumẽtium cuius prudentia admoderandũ ſufficeret regnũ. Nam alius fidem purã & ſobriam mentẽ ſimpliciter exhibebat. Idqꝫ dũ agerent. & regni gubernacula Frumẽtius haberet in manibus. deo mente eius & aĩos inſtigante. requirere ſollicicius cepit. ſi qui inter negotiatores Romanos xpiani eſſent. & ipſis poteſtatẽ maximam dare. ac monere ut conuenticula per loca ſingula facerẽt ad que Romano ritu orationis cauſa confluerẽt. Sed & ipſe multomagis eadẽ facere. & ita ceteros cohortari fauore. & benefitiis inuitare preſtare quicqd oportunũ fuiſſet loca edificiis. aliaqꝫ neceſſaria prebere. & oĩ mõ geſtire. ut xpianorꝝ inibi ſem̃ exurgeret

Sed cum

2009 Ministerio de Cultura

Sed cum adoleuiſſet regius puer cui ꝓcurationē regni gerebant expletis oībus & ex fide traditis. multū licet detinētibns & rogā tibus ut manerēt regia uel filio. ad orbē tam̄ nr̄m̄ denuo reuer tūtˀ. Et Ediſio feſtinātē Tyrū parētes ꝓpīquoſq; reuiſere. Frumē tius Alexādriā ꝑgit. dicēs equū nō eſſe opus occultare dnīcū. Igi tur rē oēm ut geſta ē expoīt. Epm̄ admonet. ut ꝓuideat uirū ali quē dignū. quē cōgregatis iā plurimis xpīanis & eccleſiis cōſtruc tis. ī barbarico ſolo epm̄ mittat. Tū uero Athanaſius. nā is nuꝑ ſacerdotiū ſuſceꝑat. attētius & ꝓpēſius Frumētii dicta geſtaq; cō ſiderās. ī cōcilio ſacerdotū ait. Et quē aliū īueniemus uiꝶ talē ī quo ſit ſpūs dei ī ipſo ſicut īte. q hoc ita poſſit īplere? Et tradito ei ſa cerdotio. redire eū cū dnī grā unde uenerat iubet. Quiq; cū epūs prexiſſet ad Indiā. tāta ei data eſſe adō uirtutū grā dicitˀ. ut ſigna ꝑ eū aplica fierēt. & īfinitus numerus barbaroꝶ cōuerteretˀ ad fi dē. Ex quo ī Indie ꝑtibus. & populi xpīanoꝶ & ecclie facte ſūt & ſacerdotiū cepit. Q ue nos ita geſta nō opīone uulgi. ſed ipſo Edi ſio Tyri preſ bitero poſtmodum fcō. q Fruentii comes prius fue

p rat referente cognouimus. Cap. x.

Er idē tēpus etiā Hiberoꝶ gēs ꝗ ſub axe pōtico iacet uerbi dei federa. & fidē futuri ſuſcepit regni. Sed huius tanti boni pre ſtitit cām mulier ꝗdā captiua. ꝗ apd̄ eos reꝑta. cū fidelē ſatis & ſobriā ac pudicā duceret uitā. totiſq; diebus ac noctibus obſecra tiones deo ꝑuigiles exhiberet. ī admiratione eſſe ipſa rei nouitas barbaris cepit. Et qd hoc ſibi uelit curioſius perqrebāt. Illa ut res erat. ſīpliciter xpm̄ ſe dm̄ hoc ritu colere fatebatur. Nihil exhoc āplius barbari. preter nouitatē noīs mirabātˀ. Veꝶ ut fieri ſolet ipſa pſeuerātia curioſitatē quādā mulierculis inferebat. ſi qd emo lumti ex tāta deuotione caperetˀ. Moris apud eos eſſe dicitˀ. ut ſi paruulus egrotet. circūferatur a matre ꝑ ſingulas domus quo ſci licet ſi q experti aliqd remedii nouerit cōferāt laborāti. Cūq; mu lier ꝗdā puulū ſuū per oēs circūtuliſſet ex more. nec aliqd reme dii cūctas domus luſtrādo cepiſſet. uenit etiā ad captiuā. ut ſi qd ſciret oſtēderet. Illa ſe hūani qdē remedii nihil ſcire teſtatˀ. dm̄ ta men ſuū xpm̄ quē colebat. dare ei deſperatā ab hoībus ſalutem

poſſe cōfirmat

2009 Ministerio de Cultura

poſſe confirmat. Cumq; cilitio ſuo ſuperpoſuiſſet paruulum atq; ipſa deſuper orationem fudiſſet ad dnm̄. ſanum matri reddit infantem. Sermo defertur ad plures. factiq; fama magnifici. uſq; ad aures regine perlabitur. Que dolore quodā grauiſſimo corporis afflicta indeſperatione maxima erat. Rogat ad ſe captiuam deduci. Illa ire abnuit ne preſumeret amplius aliquid quam ſexus ſinere uideretur. Ipſa ſe regina deferri ad captiue cellulam iubet. Quam ſimiliter ſupra cilitium ſuum poſitā inuocato xpi noīe. continuo poſt precem ſanā & alacrē fecit exſurgere. xpm̄q; eſſe deū dei ſūmi filium qui ſalutem hanc contulerit docet. eūq; quem ſibi auctorē ſue ſciret eſſe incolomitatis & uite. cōmonet inuocandū. Ipſum namq; eſſe qui & regibus regna diſtribuat & mortalibus uitam. At illa cum leticia domum regreſſa. marito percontanti cauſā tam ſubite ſanitatis aperuit. quiq; cum pro ſalute cōiugis. letus mulieri munera deferri iuberet. illa horum inquit o rex nihil captiua dignatur. Aurum deſpicit argentum reſpuit. ieiunio quaſi cibo paſcitur. hoc ſolum ei muneris dabimus ſi eum qui me illa inuocante ſanauit Criſtum deum colamus. Adhec tunc rex ſegnior fuit. iterim diſtulit. ſepius licet ab uxore cōmonitus. donec accidit quadam die uenante eo inſiluis cum comitibus ſuis obſcurari denſiſſimis tenebris diem. & per tetre noctis errorem luce ſubducta. cecis iter greſſibus denegari. Alius alio diuerſi ex comitibus oberrant. ipſe ſolus denſiſſima obſcuritate circundatus. quid ageret. quo ſe uerteret neſciebat. cū repente anxios ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcendit Si uere deus eſt xpūs ille quē uxori ſue captiua predixerat. nunc ſe de his tenebris liberet. ut ipſum exhoc omiſſis omībus coleret. Ilico ut hoc nondum uerbo. ſed ſola mente deuotat. reddita mundo dies. regem ad urbem perducit īcolomem. Quiq; regine rem protinus ut geſta eſt pandit. euocari iam iamq; captiuam. & colendi ritum ut ſibi tradat expoſcit. nec ſe ultra alium deum quam xpm̄ ueneraturum eſſe confirmat. Adeſt captiua edocet dm̄ xpm̄. ſupplicādi ritū uenerādiq; modū īquātū de his ꝑpire feīe fas erat pādit. Fabricari tamē eccliam monet formāq; deſcribit. Igitur

2009 Ministerio de Cultura

deſcribit.Igit᷑ rex totius gẽtis.populo cõuocato.rẽ abinitio q̄ erga
ſe ac reginam geſta fuerãt exponit.fidemq; edocet.& nondum
initiatus inſacris fit ſue gentis apoſtolus. Credunt uiri per regẽ
femine per reginam.Cunctiſq; idem uolentibus eccl̄ia extruitur
inſtanter.& eleuato iam perniciter muroꝝ ambitu.tempus erat
quo colũne collocari deberent. Cũq; erecta prima & ſecũda uen
tum fuiſſet ad tertiam.conſũptis om̄ibus machinis.& boum ho
minũq; uiribus.cum media iam inobliquũ fuiſſet erecta.& pars
reliqua nullis machinis erigeretur.repetitis ſc̄d̄o & tertio ac ſepi
us uiribus.ne loco quidem moueri attritis om̄ibus potuit. Ad-
miratio erat totius populi.regis animoſitas hebeſcebat.quid fieri
deberet om̄es ſimul latebat.Sed cũ interuentu noctis om̄es ab-
ſceſſiſſent.cunctiq; mortales ex ipſa opera ceſſarent.captiua ſola
inoratione pernoctans.manſit intrinſecus.Cum ecce maturus &
anxius cum ſuis om̄ibus ĩgreditur rex. uidet colũnam quam tot
machine & tot populi mouere non quiuerant erectam.& ſuper
baſim ſuã librate ſuſpenſã.nec tamen ſuperpoſitã. ſed quantum
unius pedis ſpatio in aere pendentem. Tum uero om̄s populi
contuentes & magnificantes deũ.ueram eſſe regis fidem.& cap
tiue religionem preſentis miraculi teſtimonio perhibebãt. Et ec
ce mirantibus adhuc & ſtupentibus cunctis.ĩ oculis eoꝝ ſenſim
ſuper baſim ſuã nullo cõtingente colũna depoſita ſũma cũ libra
tione conſedit.Poſt hec reliquus numerus colũnaꝝ tanta facili-
tate ſuſpenſus eſt.ut om̄s que ſuperfuerant ipſa die locarentur.
Poſtea uero quã eccl̄ia magnifice conſtructa eſt.& populi fidem
dei maiore ardore ſitiebant.captiue monitis ad Imperatorẽ Cõ
ſtantinum totius gentis legatio mittitur. Res geſta exponitur
ſacerdotes mittere exoratur.qui ceptũ erga ſe dei munus imple
rẽt.Quibus ille cũ oĩ gaudio & honore trãſmiſſis.multo ãplius ex
hoc letatus ẽ.quã ſi ĩcognitas Romão ĩperio gẽtes & regna igno
ta iũxiſſet.Hec nobis ita geſta fideliſſ̄ius uir Bacurius gẽtis ipſi
us rex.& apd̄ nos dõeſticoꝝ comes.cui ſũma erat cura & religio
nis.& ueritatis expoſuit.cũ nobiſcum Paleſtĩe tũc limitis dux in
Ieroſolimis ſatis unãimiter degeret.Sed ad ceptũ redeamus

p Oſteaquam religioſi principis Cap.xi.
mater Helena

2009 Ministerio de Cultura

mater Helena ſũmis Romani regni honoribus affecta ex hac lu
ce deceſſit. Cõſtãtia tũc Licinii derelicta fratris Auguſti ſolatiis
utebatᷣ. Huic accidit pbrm̃ quedã uenire innotitiã latenter par
tibus Arrii fauentem. Sed is primo nihil oĩno de his apud ſoro
rem principis aperire. Vbi uero multa familiaritas copiam tri-
buit. paulatim ſermonẽ cepit aſpergere. inuidiam dicẽs Arrio ge
neratam. & pro ſimultatibus priuatis epm̃ ſuum rem contẽtio
ſe exagitauiſſe emulationis ſtimulo confixũ. ꝙ Arrius apud ple
bem ſatis carus haberetur. Hec atqꝫ huiuſmodi alia frequentius
ſuggerens. animos Conſtantie ſuos efficit. Que cũ diem obitu
ra uiſitaretur a fratre. atqꝫ ab eo blande religioſeqꝫ compellaretᷣ
extremam dicitur ab eo grãm popoſciſſe. ut pbrm̃ infamiliarita
te reciperet. & que ſibi ab eo pro ſpe & ſalute ſuggererentur au
diret. Se quidem iam ex luce diſcedentẽ nihil curare. pro fratris
uero ſtatu eſſe ſollicitam. ne forte pro innocentium penis regni
ſui pateretur excidium. Quibus ille monitis a ſorore ſuſceptis. &
fidelem pro ſe germane ſollicitudinem credẽs. accõmodauit aurẽ
pbrõ. & ĩterim accerſiri de exilio Arrium iubet. ut quẽadmodũ
de fide ſentiret exponeret. Tum ille fidem conſcripſit. que nõ
quidem ſenſũ noſtrũ. tamen uerba noſtra continere profeſſionẽ
qꝫ uideretur. Miratus quidẽ eſt Imperator. & putauit unã eãdẽ
qꝫ in ipſius & concilii dudũ geſti expoſitione ſentẽtiam contine-
ri. Tamen in nullo relaxat animi uigorem. ſed rurſus eum adcõ
cilii remittit examen. Quoniã quidẽ addedicationẽ Ieroſolimoꝝ
ex omĩ orbe coire ſacerdotes inuitabantᷣ. hec ad eos de noĩe eius
ſcribens. ut ſi expoſitionẽ fidei eius probarent. & eum uel per in
uidiam ut aſſerebat tunc circũuentum dinoſcerent. uel nunc ab
errore correptum. clementi erga ipſum iuditio uterentur. quãdo
quidem tanta fuerit concilii moderatio. ut non ĩ perſonam eius
ſed indogmatum prauitatẽ fuerit lata ſententia. ſi tamen & epi
eius Alexandri accõmodaretur aſſenſus. Sed & ab his quidem
qui primo ceptis eius fauentes cum ſimulatione ſubſcripſerunt.
facile receptus ẽ. Cũ uero Alexãdriã prexiſſet. ibi omẽ eius fru-
ſtratᷣ ĩceptũ. Qm̃qdẽ dolis apđ ignorãtes locus ẽ. ſciẽtibus uero

dolũ intẽdere

2009 Ministerio de Cultura

dolū ītendere nō aliud eſt quā riſū mouere.Interea dū hec apđ
Alexandriam fruſtra agitantur.uenerabilis Auguſtus Conſtan
tinus in ſuburbana uilla Nicomedie triceſimo & primo imperii
ſui anno diem functus eſt.liberis de ſucceſſione Romani orbis
teſtamento heredibus ſcriptis Quo ī tempore quoniā quidem
Conſtantius cui orientis regnū decreuerat preſens non erat.dici
tur ſecreto accerſiens pbrm̄ quē a ſorore cōmēdatū ſupradixius.
& ex inde familiariter habitum.tradidiſſe ei teſtamentū qđ ſcrip
ſerat.& obteſtatus ſubſacramento.ne ulli niſi Cōſtantio cū ueniſ
ſet in manus traderet.Cui etiam ꝙ eunuchi qui erant in pala-
tio fauebant.arte inditio de Imperatoris morte ſuppreſſo uſqȝ
ad Conſtantii preſentiā.multis noua temptantibus oppreſſis re
ſtituta integraqȝ manſere.Cum uero Conſtantius affuiſſet.depo
ſitum preſ biter reſtituit.Cuius beneficii gratia Impator regni
cupidus ita ei deuinctus eſt. ut qui imperare cunctis ambierit.
ab illo ſibi īperari equanimiter pateret͂.Ex quo deuicto ſibi Im
peratore.cepit de Arrii reſtitutione ſuggerere.& nolentes adqe
e ſcere ſacerdotes.uti cogeret perſuadere. Cap.xii.

A tempeſtate apud Alexandriam.Alexander in Ieroſoli
mis Maximus confeſſor.Apud Conſtantinopolim eqȝ Alexan
der.ut Athanaſii ſcriptis comperimus ſacerdotio fungebantur
Sed Euſebius quia apud Nicomediam erat.de cuius ſimulatiōe
in ſubſcribendo ſupradiximus.amplam tēporis nactus.& prīcipi
per pbrm̄ familiaris effectus.reuoluere om̄ia atqȝ inirritū reuoca
re concilii geſta molitur. Arrium nequaquā apud Alexādriā cō
morantem uenire facit.& imperialibus edictis concilium denuo
Conſtantinopolim cōuocari.quo cōuenere illi maxime q Arriū
atqȝ Euſebium ſectabantur.quiqȝ ſepe cum Alexandro congreſ-
ſi ut arrium ſuſciperet.nec tamen aliquid profligātes ab iniuriis
quidem eius temperabant.Ad ultimum certam ei diem ſtatuē
tes denūtiant.ut aut ipſe Arrium ſuſciperet.aut ſi reniteret͂ ſe
eccl'ia pulſo & ī exiliū truſo.ab alio eū ſuſcipiēdū ſciret Tū ille no
cte q̄ ad cōſtitutā ītererat diē.ſub altari iacēs atqȝ ī orōne.& in la
crimis totā puigilē ducēs.eccl'ie cām dnō cōmēdabat.Cumqȝ lux
exorta fuiſſet

2009 Ministerio de Cultura

 

exorta fuiſſet.nec tamē ab oratione Alexāder ceſſaret.Euſebius cū ſuis oībus.uelut heretici belli ſignifer domū Arrii matutinus aſcendit.eū qꝫ propere ſequi ad ecclīam iubet.ꝓteſtatus qꝫ Alexāder niſi preſēs adquieſceret.expulſus cederet loco. Cap.xiii.

i Git⁹ oīum ſūma expectatio quo uel Alexādri perſeuerantia uel Euſebii Arriiqꝫ īſtātia declinaret.Cūqꝫ cūctoꝝ aī eſſent ut in tali re expectatione ſuſpenſi. Arrius ad ecclīam pergens . epōꝝ & populoꝝ frequentia cōſtipatus.hūane neceſſitatis cauſa ad publicū locū declinat.Vbi cū ſederet.inteſtina eius atqꝫ omīa uiſcera inſeceſſis cuniculū defluxere.ac tali in loco dignā mortē blaſphemie & fetide mentis exſoluit.Quod poſteaq̄ in eccleſia nūtiatū eſt Euſebio.atqꝫ his qui una ſecū ſāctū & innocentē uiꝝ Alexandrū de Arrio recipiendo fatigabant.ſuperati pudore.& adoperti confuſione diſcedūt. Tunc completus eſt ſermo ad gloriā dnī quē in oratione ſua Alexander ad dnm̄ proclamauerat dicens.Iudica dnē īter me & Euſebii minas atqꝫ Arrii uim.Sed hii ad preſens quidē paululū pudoris habuere . Cōuenientes uero inter ſe heretici.uereti ne forte ſi ſicut res geſta eſt integre ad Imperatorem Cōſtantium perueniſſet.non ſolū a perfidia eorū inqua callide irretitus tenebatur abſcederet.uerū & in auctores deceptionis ſue ſeuerius aliquid & regia auctoritate decerneret Componunt per eunuchos quos iam in perfidia deceptos tenebāt.uti de Arrii morte Imperator quam fieri poſſet compoſite & cōmuniter noſceret.ne aliquid qđ dei uīdictā indicare uideretur audiret.Quibus ita geſtis.de cā fidei ut cepant ꝓſecuntur.

i Git⁹ apud Alexandriā defuncto Alexandro. Ca.xiiii.

huc prima litterarum ignoraret elemēta.luminibus orbatus.ma
iore deſiderio ſcientie ueri luminis inflāmatur.nec deſperationē
cupitam adipiſcendi paſſus eſt.cum audiſſet in euangelio ſcriptū
qđ apud homines impoſſibile eſt.poſſibile eſt apud deū.Hac igi
tur diuina pollicitatione confiſus.indeſinenter dnm̄ precabatur
non ut oculorum carnalium uiſum.ſed ut illuminationem cor-
dis acciperet.Miſcebat tamen precibus ſtudia ac labores .& iu-
ges continuataſq; uigilias non ad legendum ſed ad audiendum
adhibebat.ut qđ aliis uiſus hoc illi conferret auditus.Cum uero

poſt lugubratiōis

2009 Ministerio de Cultura

ueniſſet Didimus ſilentium illud non ad quietem uel otium da tum ducens. tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat ex integro reuocabat. & ea que dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognouerat. memoria & animo retexe bat. ut non tam audiſſe que lecta fuerant. quam deſcripſiſſe ea mentis ſue paginis uideretur. Ita breui deo docente in tantam diuinarum humanarumq; rerum eruditionem ac ſcientiam ue- nit ut ſcole eccleſiaſtice doctor exiſteret. Athanaſio epiſcopo ce teriſq; ſapientibus in eccleſia dei uiris admodum probatus. Sed & ĩ ceteris ſiue dialetice ſeu Geometrice. Aſtronomie quoq; uel Ariſmetice diſciplinis ita eſſet paratus. ut nullus umquam phi loſophorum. aliqua ex his artibus proponens obtinere eum uel concludere quiuerit. Sed ſtatim ut reſponſiones eius acciperet magiſtrum eum etiam illius de qua propoſuiſſet crederet. Di- ſcipline huius aliquanti dicta uel cõmuniter diſputata. uel propo nentibus reſponſa adhibitis notariis deſcripſere. que etiam nunc in magna ammiratione habentur. Nos tamen qui & uiue uo- cis eius exparte aliqua fuimus auditores. & ea que a nonnullis dicente eo deſcripta ſunt legimus. longe maiorem gratiam & di uinum neſcio quid. ac ſupra humanam uocem ſonans. in illis ma gis ſermonibus qui de ore ipſius proferebantur agnouimus Hunc etiam beatus Antonius cum fidei Athanaſii teſtimoni um laturus aduerſum Arrianos de Thebaide Alexandriam de ſcendiſſent. magnificis conſolatus eſt uerbis. Nihil te inquit of fendat o Didime. qđ carnalibus oculis uideris orbatus. Deſunt enim tibi illi oculi quos mures & muſce & lacerte habent. Sed letare quia habes oculos quos angeli habent. et quibus deus ui detur. per quos tibi magnum ſcientie lumen accenditur.

f Lorebat igitur Egyptus ea tempeſtate Cap. viii. non ſolum eruditis in criſtiana philoſophia uiris uerũ etiã his qui per

his qui per uaſtam heremum commanentes. ſigna & prodigia apoſtolica ſimplicitate uite & cordis ſinceritate faciebant. Ex quibus interim quos ipſi uidimus. & quorum benedici manibus meruimus. hii ſunt. Nacharius de ſuperiori heremo. aliuſq; Macharius de inferiori. Hyſidorus in Sciriis Pambus in Cellulis. Moyſes & Beniamin ĩ Nitria. Sybrion & Helias & Paulus in Apeteliote. Alius Paulus in Focis. Pemen & Ioſeph in Piſpiri. qui appellabatur mons Antonii. Sed & alios quam plures huiuſmodi uiros in Egypti partibus habitare fideli comperimus auditu. ut uere compleretur apoſtoli dictum. quia ubi habundauit peccatum ſuperabundauit & gratia. Habuit autem per idem tempus etiam Meſopotamia uiros nobiles. eiſdem ſtudiis pollentes. Quorum aliquantos ipſi per nos apud Ediſſam & in Carrarum partibus uidimus. plures autem auditione didicimus.

Cap. viiii.

Ed nec ultra harum infecundior Cappadotia fuit. immo aliquid letius Gregorium cum Baſilio germinauit. Tulit igit̃ & ipſa multorum ſanctorum ſegetem ſatis letam. produxit copioſam piorum uineam. Oliuarum quoq; domini germinauit nouellam. Sed iſti precipue uelut duo filii pinguedinis adſiſtentes dextera leuaq; candelabro. inſtar duorum celi luminarium refulgebant. Vnde dignum puto de his pauca ſupra repetere Ambo nobiles. ambo Athenis eruditi. ambo college. ambo de auditorio digreſſi. ad profitendam rethoricam rogabantur. Quod opus magnifice quidem implebat Baſilius. Gregorius uero magnificentius contempnebat. quiq; cum ſe totum dei ſeruitio mancipaſſet. tantum de college amore preſumpſit ut ſedentem Baſilium de doctoris cathedra deponeret. ac ſecum admonaſterium manu iniecta perduceret. Ibiq; per ãnos annos ut

2009 Ministerio de Cultura

annos ut aiunt tredecim omnibus grecorum ſecularium libris re
motis.ſolis diuine ſcripture uoluminibus operam dabant.earum
q; intelligentiam non ex propria preſumptione.ſed ex maiorum
ſcriptis & auctoritate ſequebatur.quos & ipſos ex apoſtolica ſuc
ceſſione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Quorũ pre-
cipue in prophetas commentarios diſcutientes.theſauros ſapien
tie reconditos inuaſis fictilibus requirebant. Verum cum iam
ipſi ſufficienter inſtructi.diuina diſpenſatione ad imbuendos po
pulos uocarentur.& alius alio itinere ad idem tamen opus uter
q; traheretur.Baſilius Ponti urbes & rura circumiens. deſides
gentis illius animos & parum de ſpe futura ſollicitos.ſtimulare
uerbis & predicatione ſuccendere.callumq; ab his longe negli-
gentie cepit abolere. ſubegitq; abiectis inanium rerum & ſecu-
larium curis.ſui met noticiam recipere.in unum coire.monaſte-
ria conſtruere.pſalmis & himnis & orationibus uacare. Docuit
pauperum curam gerere .eis q; habitacula honeſta & quecum-
q; aduictum neceſſaria ſunt prebere. Virgines inſtituere. pudi
cam caſtamq; uitam omnibus pene deſiderabilẽ facere. Ita bre
ui permutata eſt totius prouintie faties.ut in arido & ſqualente
campo.uideretur ſeges fecunda & leta uinea ſurrexiſſe. Grego
rius uero bonum ſemen non patiebatur aut ſuper ſpinas iacere
aut inter ſaxa diſpergere.ſed bonam terram cordis ſui iugi cul
tu exercitiis indeſinentibus excolebat. Et multo amplius hic in
ſemetipſo.quam ille inceteris proficiebat. Suſcipere ille que re
nuntiantes ſeculo deferebant ad pedes ſuos.& diuidere ut quiſ
q; eguiſſet curam gerebat. Iſte nihil habendi & omnia poſſiden
di contentus ſacramento.erga ſolas ſapientie diuitias auarus &
multum cupidus inherebat. Ille coire plures inunum.& ſui in
uicem in neceſſariis habere ſollicitudinem docebat. hic ſui ex-
emplo quo erat abſolutus & liber. cunctis ſermone apoſtoli-
co predicabat. ego autem uolo uos ſine ſollicitudine eſſe.
Dominus in proximo eſt. nihil ſolliciti ſitis. ſed tanquam
quam ſerui

2009 Ministerio de Cultura

quam ſerui criſti.hoc ſolum eſtote ſolliciti.quando redeat domi
nus denuptiis.Ille delinquentibus miſericorditer condolere.& a
delicto reuocare.hic per diuini eloquii gratiam delinquendi ĩcita
menta peruenire.Nec ſinere labi eum qui difficulter erigeretur
eliſus.Ille infide purus.hic in predicatiõe liberior. Ille deo humi
lis.hic etiam hoĩbus erat.Ille arrogantes contemptu.hic ratione
uincebat.Sic in utroq; diuina gratia unum opus perfectionis ex
plebat.Igitur non multo poſt Baſilium Ceſaree Cappadotie epi
ſcopus cum a Valente inexilium profide cogeretur.exhibitus eſt
ad tribunal prefecti.terroribuſq; ut illi moris eſt poteſtati & mi
nis maximis agi cepit.ut niſi preceptis principis obediret. inte
ritum ſibi iam iamq; ſperaret impendi. Tum ille intrepidus
& abſq; ulla animi perturbatione hoc ſibi minanti prefec-
to reſpondiſſe fertur.atq; utinam aliquid mihi eſſet digni mu-
neris qđ offerrem huic qui maturius Baſiliũ de nodo follis hu-
ius abſolueret.Cumq; daretur ei nox que erat media ad ſpatiũ
deliberandi.reſpondiſſe denuo prohibetur.Ego craſtino ipſe ero
qui nunc.tu te utinam non mutares.Et illa quidem nocte uxor
Imperatoris uelut tortoribus tradita cruciatur. Filius uero qui
erat eis unicus.extinctus paterne impietatis creditur exſoluiſſe
ſupplicia. Ita ante lucem miſſi qui rogarent Baſiliũ ut precibus
ſuis intercederet pro eis.ne etiam ipſi & quidem multo iuſtius
ſimiliter interirent.Sic accidit ut cum omẽs catholicos expulerit
Valens. Baſilius uſq; ad uite exitũ intemerato cõmuniõis ſacra
mento in eccl̄ia perduraret.Gregorius uero apud Nazanzon op
pidũ ĩ locũ patris epiſcopus ſubrogatus.hereticorũ turbidinem
fideliter tulit.Reddita uero pace Conſtantinopolim ad eccl̄iam
docendam uenire exoratus abnuit.Vbi breui tempore tantum
ad emendãdum populum uetuſtis hereticorum infectum ueue
nis profecit.ut tunc primum xp̄iani ſibi fieri uiderentur. & no-
uellam lucem ueritatis aſpicere.cum religionis doctor multa qui
dem uerbis.plura tamẽ doceret exemplis.nec uiderent ab eo di
ſcipuli aliquid imperari.qđ non prius ipſe feciſſet. Sed ubi glo-
riã ſubſecuta inuidia eſt.obniti quidã.& preſcriptionibus minus

ſanis uti

2009 Ministerio de Cultura

ſanis uti cepere.ut ipſo ad propria remeante alius ordinaretur epiſcopus ſanctus.Quod ille ſuſurrari tantum & ſubdente ſentiens ruminari.ipſe profert que dicere ei nullus audebat. Abſit inquit ut mei cauſa.aliqua ſimultas in dei ſacerdotibus oriatur Si propter me eſt iſta tempeſtas tollite me.& mittite me ī mare.& deſinet a uobis quaſſatio.Tunc regreſſus in ecclīa ſua qđ ſuperfuit uite tempus exegit.Et quoniā feſſa iam etate & corpore inualidus erat.ſucceſſorē ſibi ipſe delegit.quo eccliam gubernante debilitatis & ſenectutis otio frueretur.Extant quoqꝫ utriuſqꝫ ingenii monimenta magnifica tractatuum.quos ex tempore in eccleſiis declamabant.Ex quibus nos denas ferme ſingulorum oratiunculas tranſfudimus inlatinum. Baſilii preterea īſtituta monachorum optantes ſi potuerimus & dei fauor adiuuerit.eorum plura tranſferre.Fuerunt preterea fratres duo Baſilio Gregorius & Petrus.quorū alter in uerbo doctrine.alter in operibus fidei fratrem ita exequabat.ut uterqꝫ uel Baſiliū uel Gregoriū redderet.Extant etiā ipſius Gregorii iunioris aliqua opuſcula luculēta.Sed de his ſatis dictum.In occiduis uero partibus Valentinianus fide religionis illeſus uetere Romani imperii cēſura rem publicam gubernabat.

Cap.x.

d Amaſus poſt Liberium perſucceſſionem ſacerdotiū in urbe Roma ſuſceperat.Quem prelatum ſibi nō ferēs Vrſinus ꝗdam eiuſdem ecclīe diaconus.intantum furoris erupit.ut perſuaſo quodam ſatis imperito & agreſti epiſcopo.collecta turbulētorum & ſeditioſorum manu.in baſilica que Sauiniana appellatur epiſcopum ſe fieri extorqueret.legibus & ordine & traditione ꝑuerſis. Quo ex facto tanta ſeditio immo uero tanta bella orta ſunt alterutrum defendentibus populis.ut replerentur humano ſanguine orationum loca.Que res factione Maximini prefecti ſeui hoīs.ad inuidiam boni & innocentis uerſa eſt ſacerdotis.ita ut cauſa ad clericorum uſqꝫ tormenta duceretur. Sed adſertor innocentie deus affuit.& in caput eorum qui intenderāt dolum pena conuerſa eſt.

Cap.xi.

i Nterea defuncto apud Mediolanū Auxentio hereticorū

epō utriuſqꝫ

2009 Ministerio de Cultura

epõ utriuſq; partis populi diuerſis ſtudiis ferebatur diſſẽſio grauis.& periculoſa ſeditio urbi proprie maturum parabat exitium ſi pars utraq; cũ diuerſũ uellet.nequaquã qđ ꝓpoſuerat optineret Ambroſius tunc conſulares eiuſdem prouintie faſces gerebat. Is cum pernitiem ciuitatis uideret impendere.pro loco atq; officio ſuo.confeſtim eccleſiam ſeditionem populi mitigaturus ĩgreditur. Cumq; inibi multa ſecundum leges & publicam diſciplinam pro quiete & tranquillitate peroraſſet.pugnantis ĩter ſe & diſſidentis populi ſubito clamor & uox una conſurgit. Ambroſium epiſcopum poſtulantes.baptizari hunc protinus clamabãt Erat enim catecuminus.& ſibi epiſcopum dari.nec aliter unum populum fore atq; unam fidem. niſi Ambroſius ſibi daretur ſacerdos. Obluctante illo & plurimum reſiſtente.ad Imperatorem relatum populi deſiderium omĩ maturitate iubetur impleri. Dei enim ait eſſe qđ diſcordantem populi fidem & animos diſſidentes.conuerſio ſubita in unum conſenſum atq; in unam ſentẽtiã reuocarit. Moxq; dei gratiam conſecutus.& initiatus ſacris & ſacerdos effectus eſt. Cap.xii.

i Nterea cum ad bellum Sarmaticũ Valentinianus de Gallie partibus ueniſſet Illiricum.ibi uix dum cepto bello egritudĩe ſubita oppreſſus diem obiit.relictis heredibus ĩ ĩperio filiis Gratiano Auguſto Valentinianoq; admodũ paruulo.& nondum regis inſignibus initiato. Quem tamen neceſſitas eoꝝ qui tanquã uacuũ imperii locũ conabantur inuadere.compulit etiam abſẽte fratre purpura indui. Probo tũc prefecto fideliter reguũ gerẽte

p Er idem tempus in orientis regno Gothorum Ca.xiii. gens ſedibus ſuis pulſa.per om̃s ſe Tracias ĩfudit.armiſq; urbes & agros uaſtare feraliter cepit. Tum uero Valentis bella que eccleſiis inferebat in hoſtem cepta conuerti.ſeraq; penitentia epiſcopos & preſbiteros relaxari exiliis ac demetallis reſolui monachos iubet.ipſe tam̃ ab hoſtibus circũuentus in prelio quo ex bello trepidus confugerat.impietatis ſue penas igni exuſtus dedit. annis in imperio cum fratre primo & poſt cum fratris filiis quatuordecim pariter exactis. Que pugna initium mali

Romano impio

2009 Ministerio de Cultura

Romano imperio tunc & deinceps fuit. Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo poſt patrui necē. orientis quoq; ſuſcepit imperium.Is pietate & religione om̄s pene qui ante fuerant principes ſuperabat. Vſu armorum ſtrēnuus.uelox corpore.& ingenio bonus erat.ſed iuuenili exultatione plus fere letus quam ſufficiebat.et plus uerecundus quam rei publice intererat

q Viq; uidens utilem uirum annis maturum Cap. xiiii.

intantis regni curis habere participem. Et quia ut ſermo diuinus monet.melius duo quam unus.conſortē aſſciſcit Theodoſium.eiq; orientis procuratione permiſſa . partes ſibi ac fratri occiduas reſeruauit. Verum his poſtquā multa religioſe ac fortiter geſſit a Maximo tyranno apud Brittanias exotro.per Andragatium ducem Lugduni ſuorum magis proditione quam ui

a hoſtium peremptus eſt . Cap.xx.

T Valentinianus in Italia degens fratris nece atq; hoſtis metu perterritus.ſimulatione oblatam pacem a Maximo ſimulans ipſe quoq; libenter amplectitur. Cum interī Iuſtina mater eiuſdem arriane hereſeos alumna.impietatis ſue uenena que uiuente uiro ſuppreſſerat.filio facile decepto fidenter aperuit.Igit̄ apud Mediolanum poſita conturbare eccliarum ſtatum.cōminari ſacerdotibus depulſionis exilia.niſi Ariminenſis concilii decreta quibus fides patrum temerata fuerat reuocarent.Quo bello eccleſie murum & turrem ualidiſſimam pulſabat Ambroſium. Eumq; minis terroribus.atq; om̄i oppugnationis genere fatigās primum ſibi aditum debellande rimabatur ecclie. Sed quamuis illa Iezabel ſpiritu pugnaret armata.reſiſtebat tamen Ambroſius Helie uirtute repletus & gratia.Ipſa autem in eccleſiis garrire.ſtrepere.animare & inflāmare ad diſcordiam populos. ſed qđ minus res ex ſententia cederet iniuriam putare.& prohoc apud filium conqueri. Vnde adoleſcētulus pro cōtumelie inuidia quā falſo conflauerat mater accenſus.armatorū globum ad eccliam mittit.confringi ianuas oppugnare ſancta.ſacerdotem protrahi atq; in exilium agi protinus iubet. Sed tanta fuit perſeuerantia fidelium populorum.ut animas prius amittere quā epm̄ mallēt.

Interim dictata

2009 Ministerio de Cultura

i Nterim dicta aduerſum fidem patrũ imperialia Ca .xvi.
decreta mandantur. beniuolo tunc memorie ſcriniis preſidenti. Sed ille cui ab incunabulis ſacra fides & uenerabilis fuit abnegat ſe impia poſſe uerba proferre & cõtra deum loqui. Tũ uero ne ĩceptũ regie fruſtrari uideret̃. celſior ei honor ꝓmittit̃ ſi impleret iniuncta. Ille qui nobilior in fide eſſe quã in honoribus cuperet. quid mihi ait pro impietatis mercede altiorem promittitis gradum? Hoc ipſo quem habeo tollite. tantum mihi conſcientia fidei duret illeſa. Hec dicens ante pedes precipientiũ cingulum iecit. Ambroxius uero aduerſum regine furorẽ nõ ſe manu defendebat aut telo. ſed ieiuniis continuiſq; uigiliis ſubaltari poſitus. per obſecrationes defenſorem ſibi atq; ecclie deum parabat. Cũq; hoc in longum diuerſis machinis & oppugnationibus nequam Iuſtina moliretur. Maximus qui ſe ex uetere tyranni infamia legittimum principẽ geſtiret oſtendere. datis litteris impium proteſtatur inceptum. fidem dei impugnari. & ſtatuta catholice eccleſie ſubrui. & inter hec appropinquare Italiam cepit. Quo Iuſtina comperto. hoſte ſimul atq; impietatis conſcientia perurguente. infugam uerſa cum filio. exilia que dei ſacerdotibus parabat prima ſortitur.

a Ca .xvii.
Ffuit tamen Theodoſius propter regni fidem bonitatiſq; ac benefitiorũ Gratiani memor. & inuindictam totis uiribus orientis inſurgens. ultus eſt ſanguinem iuſtum. Valentinianoq; impia ĩter hec matre defũcta. fidẽ catholicã quã ipſa uiolauerat & regnum tyrannide depulſa reſtituit. Atq; ipſe poſteaquã Romam illuſtri triũpho inuectus eſt. ad propria rurſum regna remeauit.

p Er idem tempus ſubreptione quadã demõis Ca.xviii.
turpis macula religioſo principi iniecta eſt. Etenim cum apud Theſſalonicam ſeditione exorta. quidam ex militaribus uir impetu fuiſſet populi furentis extĩctus. repentini nuntii atrocitate ſucceſus. ad ludos circenſes inuitari populum. eiq; ex in prouiſo circunfundi milites. atq; obtruncare paſſim quiſq; occuriſſet gladio iubet. & uindictam dare nõ crimini ſed furori. Obhoc cum a ſacerdotibus Italie argueretur. agnouit delictum. culpãq;

cum lacrimis

2009 Ministerio de Cultura

cum lacrimis profeſſus.publicam penitentiam inconſpectu to-
tius eccleſie exegit.Et in hoc ſibi tempus aſſcriptum abſq; rega
li faſtigio pacienter impleuit.Quibus omnibus illud quoq; mira
biliter adiecit.legem ſanxit ī poſterum .ut ſententie principum
ſuper animaduerſionem prolate.in diem triceſimum ab executo
ribus differrentur.Quo locus miſericordie uel ſi res tuliſſet pe
nitentie non periret. Cap. xviiii.

Gitur ad orientē regreſſus.ibiq; ut ab exordio principatus
ſui ſūma cura ſūmoq; ſtudio pulſis hereticis ecclīas catholicis tra
dere.idq; ea moderatione agere ut ultione cōtēpta.tātū catholi
cis de eccliaꝝ reſtitutione conſuleret.quo fides recta abſq; pre-
dicationis impedimento proficeret.Cōmunē ſe prebere erga ſa-
cerdotes dei fide religione & munificentia cūctis regiū animū ex
hibere Acceſſu facilis.& abſq; imperiali faſtu ad colloquium ſe
humilibus prebere ortatu eius & largitionibus eccleſie pluribus
locis ornate.ſatis magnificeq; conſtructe.preſtare multa poſcen
tibus.Sed frequētius ultro offerre.Idoloꝝ cultus qui Conſtanti
ni inſtitutione & deinceps neglegi & deſtrui ceptus fuerat.eodē
imperāte collapſus eſt.Pro quibus intantū deo carus fuit.ut ſpe
ciale ei munus contulerit diuina prouidentia.Etenim in Theba
ide partibus monachum quendā Ioannē nomīe ſpiritu propheti
co repleuit.Cuius monitis atq; reſponſis.pacē retiere an bellū ge
rere eſſet melius ſciſcitabatur. Cap.xx.

i Nterea apud Laudotiā Syrie āte idem tēpus Apollinaris
epūs uir ſane in cunctis inſtructus. Sed dū cōtētionis uitio nimi
us agitur.& aduerſū omē qđ quiſq; dixerat ire obuius delectatꝰ
iactatione ingenii male fortis hereſim excontentione generauit.
aſſerens ſolū corpus non etiam animā a dnō indiſpenſatione ſu
ſceptum.Inquo cū euidentibus euangelii teſtiōiis urgueretur.
quibus ipſe dominus & ſaluator habere ſe aīam profitetꝛ.& po
nere eam quādo uult.& iterū aſſumere eam.quāq; turbatā & tri
ſtem dicit eſſe uſq; admortē.Vertit ſe poſt.& ne ex toto uinci
uideretur.ait eum habuiſſe quidē animā.ſed nō ex ea parte qua
rationabilis ē.ſed ex ea ſolū quā uiuificat corpus.Ad ſupplemētū

uero rōnalibus

2009 Ministerio de Cultura

uero rationabilis partis ipſū uerbū dei fuiſſe prohibebat. Q ue aſſertio primo in urbe Roma a Damaſo & Petro Alexandrino epiſcopo concilio congregato.tali ſententia depulſa eſt.ut decernerent.ſi quis filium dei qui ſicut uere deus.ita uere homo fuit uel hūanitatis aliquid & deitatis minus diceret habuiſſe.alienus ab ecclīa iudicaretur.Q ue ſententia & apud Alexandriam confirmata eſt & apud Conſtātinopolim decreto cōcilii.Ex illo Apolinariſte ab ecclīa declinantes.& epiſcopos ſibi ſue partis & dogmata propria ecclīaſq; defendunt. Cap.xxi.

Gitur in urbe Roma poſt Damaſum Siricius ecclīe ſuſcepit ſacerdotium.Apud Alexandriam uero defuncto Petro Thimotheus.& poſt hunc Theophilus.In Ieroſolimis autē poſt Cyrillum Ioannes apoſtolicas reparat ſedes.Apud Antiochiam uero defuncto Meletio.ſubſtituitur Flauianus.Sed ꝗ Paulinus adhuc ſupererat.qui in catholicoꝝ ſēper ſotietate permāſerat. multa ibi iurgia & multe controuerſie ſepe cōmote.nec tamen ſūma ui nitentibus aliis.& aliis obtinentibus.ipſiſq; in hoc elemētis terre mariſq; fatigatis.potuit aliquādo pacis ullus obtineri modus cum utiq; fidei iam nulla uideretur ſubeſſe diſcordia. Hoc idē apud Tyrum fuit.Vbi cū Diodorus unus ſane ex ātiquis catholicis uir.& temptationū documentis probatus.cum Athanaſii teſtimonio a cōfeſſoribus eſſet epiſcopus factus.modeſtia eius contempta alius a Miletii partibus ordinatur.Sed & in multis aliis urbibus orientis.huiuſmodi confuſiones contentio genuit ſacerdotum.Apud Conſtantinopolim uero Nectareus ex pretore urbano catecumīus & nuꝑ baptiſma cōſecutus.ſacerdotiū ſuſcepit

Nterea apud Alexandriam noui motus & Cap.xxii.
contra tēpoꝝ fidē aduerſus ecclīas concitant᷑.ex occaſione huiuſmodi oborti.Baſilica quedā publici operis uetuſta & admodum neglecta fuit.Q uā Conſtātius Imperator donaſſe epis perfidiā ſuā predicantibus ferebat᷑. Q ue longa incuria nihil ualidū preter parietes habebat.Viſum eſt epō qui per idē tēpus gubernabat ecclīam hāc ab Imꝑatore depoſcere.ut creſcentibus fideliū populis.orationū quoq; creſceret domus. Quāq; cum acceptam

uellet excolere

2009 Ministerio de Cultura

uellet excolere. reperta in loco ſunt antra quedam latẽtia.& ter
re defoſſa latrociniis & ſceleribus magis quam cerimoniis apta.
Igitur gentiles qui detegi criminũ ſuorum latebras & flagitioꝝ
cauernas uiderent.non ferentes operta tot ſeculis mala.& tene
bris obtecta reſerari.uelut draconum calice potato.inſanire oẽs
ac palam furere ceperunt.Nec uocibus iam & ſeditionibus ut ſo
lebant.ſed manu ferroq; decertare nituntur.Crebros conflictus
agere in plateis.belloq; aperto uterq; populus ĩter ſe cohire. Ac
noſtri numero & potentia multo plures.ſed modeſtia religionis
minus feroces erant.Ex quo frequenter noſtrorũ plurimis uul
neratis.aliquantis etiam interfectis.ad templum quaſi ad arcem
quandam refugiebant. Quo nonnullos ex xpianis captos ſecũ
adducentes.accenſis aris ĩmolare cogebant.Renitẽtes nouis & ex
quiſitis ſupplitiis excruciatos necabant . Alios patibulis affigen
tes.alios confractis cruribus inſpeluncas precipitantes. quas ob
ſacrificiorũ ſanguinem ceteraſq; impuritates delubri recipiendas
uetuſtas curioſa conſtruxerat.Verum hoc per ſingulos dies. pri
mo cum metu.deinde cũ fiducia & deſperatione gerere.atq; in
tra templum clauſi raptu & preda uiuere. Ad poſtremum craſ
ſantes in ſanguinem ciuium ducem ſceleris & audatie ſue dele
gunt Olimpũ quendam noĩe & habitu ſolo philoſophum.quo
anteſignano arcem defenderent.& tyrannidem tenerent.At hii
qui romanorum legum cuſtodia iuriſq; dicendi cura permiſſa ẽ
cognitus que geſta fuerant.turbati atq; preterriti ad templum
conuoluant.cauſas audatie percontãt.& quid ſibi uellet ille con
curſus in quo cum tanto ſcelere ãte aras ſanguis ciuium funde
retur inquirunt.Sed illi obfirmato aditu confuſis & diſſonis uo
cibus rationem facti nullã.ſed clamorem reddebant.Miſſis tamẽ
ad eos nuntiis de Romani imperii poteſtate. deuindicta legũ &
de his que talia ſolerent ſubſequi cõmonebant.Cumq; loci mu
nitio nihil aduerſum ueſana molientes agi niſi ui maiore ſineret
res geſtas ad Imperatorem referunt.Ille qui ingenita mẽtis cle
mentia errantes mallet emendare quam perdere.reſcribit illorũ
quidem uindictam quos ante aras ſanguis fuſus martyres fecit
non eſſe

2009 Ministerio de Cultura

166.

non eſſe poſcendã.in quibus dolorem interitus ſuperauerit glo ria meritorum. De cetero uero malorum cauſam radiceſq; diſ cordie que pro ſimulacrorum defenſione ueniebant penitus de bere ſuccidi. Quibus exterminatis.etiam bellorum cauſa pari‑ ter conquieſceret. Cũq; hec ſcripta ueniſſent.& uelut poſt indu tias parui temporis ad audiendum uterq; populus conueniſſet ad templum.ſtatim ut prima epiſtole pagina reſerata eſt.in cu‑ ius exordio uana gentilium ſuperſticio culpabatur.clamor a no ſtris immenſus attollitur.ſtupor & pauor gentilium populos in uadit. Latebras unuſquiſq; querere.anguſtos fuge calles rimari aut noſtris ſe latenter inmergere. ut ab omnibus qui aderant noſceretur dei preſentia populo ſuo audatiam tribuente. furo‑ rem demonis qui in illis prius debachatus fuerat effugatum.

ſ Erapis apud Alexandriam templum Ca.xxiii

auditum quidem omnibus puto.pleriſq; uero etiam no‑ tus locus eſt . Non natura ſed manu & conſtructione per.c.aut eo amplius gradus in ſublime ſuſpenſus.quadratis & ĩgentibus ſpatiis omni exparte diſtentus. Cuncta uero que ad ſummum pauimentorum leuabantur.opere forniceo conſtructa. Que in menſis deſuperliminaribus. & occultis aditibus inuicem ĩſemet diſtinctis.uſum diuerſis miniſteriis & clamdeſtinis offitiis exhi bebant.Iam uerc in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpa‑ tia occupant exedre & paſtoforia. domuſq; inexcelſum porrecte in quibus uel editui uel hii quos appellabant Aſneytec ideſt qui ſe caſtificant commanere ſoliti erant . Porticus quoq; poſt hec omnem ambitum quadratis ordinibus diſtincte intrin ſecus circumibant.In medio totius ſpatii edes erat precioſis edi ta collumnis & marmoris ſaxo extrinſecus ample magnificeq; conſtructa. Inhac ſimulacrum ſerapis ita erat uaſtum.ut dexte ra unum parietem.alterum leua perſtringeret.Quod monſtrũ ex omnibus generibus metallorum lignorumq; compoſitum ferebatur. Interiores delubri parietes laminis primo aureis ueſti ti.Super has argẽteis.ad poſtremũ ereis habebant̃.q̃ munimẽto

precioſioribus

2009 Ministerio de Cultura

precioſioribus metallis forent. Erat etiam quedam ad ſtuporem ammirationemq; uidentium dolis & arte compoſita feneſtra perexigua abortu ſolis ita aptata. ut die qua inſtitutum fuerat ſimulachrum ad ſerapem ſalutandum introferri diligenter templi foribus obſeratis. ingrediente ſimulacro. radius ſolis per eandem feneſtram directus. os & labra ſerapis illuſtraret. ita ut inſpectante populo. oſculo ſalutatus Serapis uideretur a ſole. Erat & aliud fraudis genus huiuſmodi. Natura lapis magnes huius uirtutis eſſe perhibetur. ut ad ſe rapiat & attrahat ferrum. Signum ſolis ad hoc ipſum ex ferro ſubtiliſſimo manu artificis fuerat fabricatum. ut lapis cuius naturam ferrum ad ſe trahere diximus. deſuper in laquearibus fixus cum temperate ſub ipſo ad libram fuiſſet poſitum. ſimulachrum. ui naturali ad ſe raperet ferrum. aſſurexiſſe paululū ſimulacrum. & ī aere pendere uideretur. Et ne hoc lapſu propero proderetur. miniſtri fallatie ſurrexit aiebant ſol ut ualedicens Serapi diſcedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi cauſa aueteribus ī loco fuerāt conſtructa. que nunc longum eſt enumerare per ſingula. Verū ut dicere ceperamus. reſcripto recitato. parati quidem erant noſtrorum populi ad ſubuertendum erroris auctorem. Perſuaſio tamen quedam ab ipſis gentilibus fuerat diſperſa. ꝙ ſi humana manus ſimulachrum illud contigiſſet. terra deiſcens ilico ſolueretur in chaos. celumq; repente rueret preceps. Que res paululū ſtuporem quendam populis dabat. Cum ecce unus exmilitibus fide quam armis magis munitus. correptam bipennē. inſurgens omī niſu maxillā ueteratoris illidit. Clamor attolitur utroꝝq; populorum. neq; tamen aut celum ruit aut terra deſcendit. Inde iterum atq; iterum repetens putris ligni fumoſum genium cedit. Quoq; deiecto igni adhibito. tam facile quam lignum aridum conflagrauit. Poſt hec reuulſum ceruicibus & depreſſum modio trahitur caput. Tum pedes aliaq; membra ceſa ſecuribus & rapta funibus diſtrahuntur. ac per ſingula loca membratim

inconſpectu

2009 Ministerio de Cultura

in conſpectu cultricis Alexandrie ſenex ueternoſus exuri tur Ad ultimum truncus qui ſuperfuerat. in amphiteatro concrematur. Vaneq; ſuperſtitionis & erroris antiqui Se rapis hic finis fuit. De cuius origine diuerſa fertur opinio paganorum. Alii Iouem putant cuius capiti modius ſuper poſitus. uel quia cum menſura modoq; cuncta indicet mo derari uel uitam mortalibus frugum largitate preberi. Alii uirtutem Nili fluminis cuius Egyptus opibus & fecundita te paſcatur. Quidam in honorem noſtri Ioſeph formatum perhibent ſimulachrum.ob dimenſionem frumenti. qua fa mis tempore ſubuenit Egyptiis. Alii repertum in hyſtoriis grecorum ueteribus ferunt Apini quendam patremfami lias ſeu regem in Egypto Memphis poſitum.cum famis tẽ pore frumenta apud Alexandriam defeciſſent. ex proprio affatim ciuibus alimenta prebuiſſe. Quo defuncto in ho norem eius inſtituerint apud Memphis tẽplum.in quo bos quaſi indicium optimi agricole nutritur. habens quedam coloris inſignia. qui ex nomine eius Apis appelletur. So ron uero.ideſt ſepulchrum inquo corpus eius inerat. Ale xandriam deduxerint.& Soron Apis primo excompoſitio ne Sorapin Poſt uero percorruptionem Serapin nomiarũt Quid uerum ſit.aut nihil omnino de his deus uiderit.Sed ad inceptum redeamus. Cap.xxiiii.

p Oſt hec capite ipſo ydolatrie deiecto.ſtudiis uigilantiſ ſimi ſacerdotis quecumq; fuerunt per totam Alexan driam portenta potiuſquam ſimulachra.pari exitu & ſimili dedecore publicantur. Horret animus dicere qui miſeris mortalibus laquei a demonibus preparati ſunt. Que fune ra que ſcelera in illis que dicebant abdita tegebantur? Quot ibi infantum capita deſecta in auratis labris inuenta ſunt? quot miſerorum crutiabiles mortes depicte? Que cum pro derentur in lucẽ.ac ſubauras prolata ferrentur.licet cõfuſione ipſa gentiles

2009 Ministerio de Cultura

ipſi gentiles & pudore diffugerent. tamen ſi qui adeſſe po-
tuit mirabatur tot ſeculis ſe illis tam nefariis & tam puden
dis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his comdemp
nato errore & ſcelere depreſſo.fidem criſti & cultum uere
religionis amplexi ſũt. Nam ut omittam cetera flagitia que
in aliis locis ui necatis paruulis.deſpicatiſq; obfibrarum ĩſpec
tionem uirꝫinibus gerebantur . unum ſolum modo qđ in
templo ſaturni geri ad omnium uenit conſcientiam. memo
rabo. Ex quo etiam cetera que omiſimus perpendantur.

ſ Acerdos erat apud eos Saturni Cap.xxv.

Tyrannus nomine.Hic quaſi ex reſpõſo numinis ado
rantibus ĩ templo nobilibus quibuſq; & primariis uiris quo
rum ſibi matrone ad libidinem placuiſſent. dicebat Saturnũ
precepiſſe.ut uxor ſua pernoctaret in templo.Tum is qui au
dierat gaudens qđ uxor ſua digna dignatione numinis uoca
retur. Exornatam comptius inſuper & donariis onuſtã ne ua
cua ſcilicet repudiaretur coniugem mittebat ad templum .
In conſpectu omnium concluſa intrinſecus matrona.tyrãnus
ianuis clauſis & traditis clauibus diſcedebat.Deinde facto ſi-
lentio per occultos & ſubterraneos aditus intra ipſum Satur
ni ſimulachrum patulis irrepebat cauernis. Erat autem ſimu
lachrum illud atergo exeſum.& parieti diligenter adnexum
ardentibuſq; intra edem luminibus intente ſupplicãtiq; mu
lieri uocem ſubito per ſimulachrum eris concaui proferebat
ita ut pauore & gaudio infelix mulier trepidaret.qđ dignam
ſe tanti numinis putaret alloquio. Poſteaquam que libitum
fuerat uel ad conſternationem maiorem uel ad libidinis inci
tamentum diſeruiſſet numen impurum.arte quodam lineo
lis obductis repente lumina extinguebantur uniuerſa. Tum
deſcendens obſtupefacte & conſternate muliercule adulterii
fucum profanis commentationibus inferebat. Hec cum per
omnes miſerorum matronas multo iam tempore gererent̃
accidit quandam pudice mentis feminam orruiſſe facinus.&

attentius

2009 Ministerio de Cultura

168.

attentius deſignantem cognouiſſe uocem Tyranni.ac domū
regreſſam.uiro de fraude ſceleris indicaſſe . Ille de iniuria cō
iugis īmo potius ſua ardentius inflammatus.inſcriptum Ty
rannum ad tormenta deducit. Q uo conuicto atq; confeſſo
ceteriſq; fraudibus reuelatis.pudor omnes & dedecus paga
norum peruaſerat domos.adulteris matribus.incertis patri
bus liberis ſpuriis deprehenſis . Q uibus diuulgatis & pro-
ditis.raptim cū ſimulacris & edibus excidebantur & crimina
i Am uero Canopi quis enumeret Cap.xxvi.
ſuperſtitioſa flagitia ? ubi pretexto ſacerdotalium lit-
terarum. ita etenim appellant antiquas Egyptiorum litte-
ras magice artis erat pene publica ſcola. Q uē locum uelut
fontem quēdam atq; originem demonum intantum uenera
bantur pagani.ut multo ibi maior celebritas quā apud Ale
xandriam haberetur.Sed de huius quoq; monſtri orrore cu
iuſmodi originem tradāt.obſurdum nō erit paucis exponere
Ferunt aliquando Chaldeos ignem deum ſuum circūferen
tes. cum omnium prouintiarum deis habuiſſe conflictum .
Q uo ſcilicet qui uiciſſet.hic eſſe deus ab omnibus crede-
retur . Reliquarum prouintiarum dii eris aut auri.argenti-
ue.aut ligni.uel lapidis.uel exquacūq; materia conſtabant.q̄
per ignem procul dubio corrumperetur . Ex quo fiebat ut
ignis locis omnibus obtineret.Hec cum audiſſet Canopi ſa-
cerdos . callidum quidam excogitauit . Ydrie fieri ſolent in
Egypti partibus fictiles undiq; crebris & minutis admodum
foraminibus patule . quibus turbida aqua deſudans defeca
tior ac purior redditur . Harum ille unam cera foramini
bus obturatis.deſuper etiam uariis coloribus pictam aquam
repletā ſtatuit ut dm̄.Et exciſū ueteris ſimulacri qd̄ Menelai
gubernatoris ferebat̃ caput d̃ ſup̱ poſitū diligēter aptauit Ad
ſūt poſt hec chaldei.Igit̃ īcōflictū circa ydriā ignis accēdit̃.cera
qua foramīa fuerāt obturata reſoluit̃.ſudāte ydria ignis extī
guit̃.Sacerdotis fraude Canopis Chaldeoꝝ uictor oſtenditur
Vnde ipſū

2009 Ministerio de Cultura

Vnde ipſum Canopi ſimulachrum pedibus perexiguis at-
tracto collo . & quaſi ſugillato uentre tumido . in modum
ydrie cum dorſo equaliter teriti formatur . et ex hac per-
ſuaſione.uelut deus uictor omnium colebatur. Sed ꝓfecerūt
hec fortaſſe aliquando Chaldeis. Nunc uero aduentante ſa
cerdote dei Theophilo . nullus profuit ſudor.nec cere fraus
obtecta ſubuenit. Vaſta ſunt omnia atq; ad ſolum deducta.

ſ Ed nihil geſtum eſt qđ inſqualorem Cap .xxvii.
uerteret locum flagitiorum . Cauerne ac ueternoſa
buſta deiecta ſunt.& ueri dei templa eccleſieq; conſtructe .
Nam & in Serapis ſepulchro prophanis edibus complanatis
ex uno latere martyrium.ex altero conſurgit eccleſia. Occa-
ſio autem martyrii conſtruendi unde data ſit.dignum arbi
tror memorare. Cap .xxviii.

i Vliani temporibus uelut relaxatis frenis efferbuit in
omnem ſeuitiam feritas paganorum.Ex quo accidit ut
apud Sebaſtem Paleſtine urbem ſepulchrum Ioannis Bapti
ſte mente rabida & funeſtis manibus inuaderent.oſſa diſp-
gerent.atq; ea rurſum collecta igni cremarent.& ſanctos cy
neres pulueri immixtos peragros & rura diſpergerent . Sed
dei prouidentia factum eſt.quoſdam de Ieroſolimis ex mo-
naſterio Phillippi hominis dei orationis illuc cauſa per idem
tempus ueniſſe . Qui cum tantum nefas humanis quidem
manibus . ſed ferina mente fieri uiderent . mori gratius ha-
bentes quam huiuſcemodi piaculo funeſtari.inter eos qui oſ
ſa ad exurendum legebant mixti . diligentius in quantū res
patiebat᷑ ac religioſius congregātes. furtim ſe uel ſtupētibus
uel inſanientibus ſubtraxere.& ad religioſū patrē Philippum
uenerandas reliquias pertulere. Ille ſupra ſe ducens tantum
theſaurum propriis ſeruare uigiliis.ad pontificem maximum
tunc Athanaſium hoſtie immaculate reliquias per Iulianum
diaconum ſuum poſt etiam Paleſtine urbis epiſcopū mittit

Quas ille

2009 Ministerio de Cultura

Quas ille ſuſceptas paucis arbitris ſub cauato ſacrarii pariete
incluſas.prophetico ſpiritu profuturas generationi poſtere cõſer
uauit. Quibus tunc deiectis & proſtratis ydolatrie ueſtigiis in
edibus quondam prophanis aurea tecta conſurgerent. Sed poſt
occaſum ſerapis qui nũquam uixerat.que iam alterius demonis
ſtare delubra potueruut. Parum dixerim ſi om̃es que erant Ale
xandrie per ſingulas pene colũnas cuiuiſcũq; demonis edicule in
fulte ceciderunt. Sed per cunctas Egypti urbes per caſtella.per
uicos.per omne rus.per ripas fluminis.per heremũ quoq; ſi qua
fana.ſeu potius buſta reperiri potuerunt. inſtantia uniuſcuiuſq;
epiſcopi obruta & ad ſolum deducta ſunt.ita ut rus denuo cul
ture redderetur.qđ iniuſte fuerat demonibus deputatum.

ſ Ed & illud apud Alexandriam geſtum Cap.xxix.

eſt.ꝙ etiam Thoraces Serapis qui per ſingulas quaſq; do
mos in parietibus.in ingreſibus & poſtibus etiam ac feneſtris
erant.ita abſciſi ſunt omnes & abraſi.ut ne ueſtigium quidem
uſquam uel nominis appellatio aut ipſius aut cuiuſlibet alterius
demonis remaneret. Sed pro his crucis dominice ſignum unuſ
quiſq; in poſtibus ĩ ingreſſibus ĩfeneſtris in parietibus colũniſq;
depingeret. Quod cum factum hii qui ſuperfuerãt ex paganis
uiderent.in recordatione rei magne extraditiõe ſibimet antiqui
tus cõmendate ueniſſe perhibentur. Signũ hoc nrm̃ dominice
crucis ĩter illas quas dicũt hieraticas.ideſt ſacerdotales litteras ha
bere Egyptii dicuntur . Velut unum ex ceteris litterarum que
apud illos ſunt helementis. Cuius littere ſeu uocabuli hanc eſſe
aſſerunt interpretationem. Vita uentura. Dicebant ergo hi qui
tunc ammiratione rerum geſtarum conuertebantur ad fidem .
ita ſibi ab antiquis traditum.ꝙ hec que nunc coluntur tam diu
ſtarent.quam diu uiderent ſignum iſtud ueniſſe in quo eſſet ui
ta. Vnde accidit ut magis hii qui erant ex ſacerdotibus uel mi
niſtris tẽplorũ ad fidẽ cõuerterentur.quã illi quos erroꝝ preſti
gia & deceptionum machine delectabant. Cap.xxx.

Sane quoniã

2009 Ministerio de Cultura

ſ Ane qm̃ moris erat in Egypto ut mẽſura aſcendentis Nili
fluminis ad tẽplũ Serapis deferret̃.uelut ad icremẽti aquaꝝ
& inundationis auctorem. Subuerſo eius ſimulacro igniq; con
ſumpto.omnes ſimul negabãt ſerapim iniurie memorem.aquas
ultra & affluentiam ſolitam largiturum. Sed ut oſtenderet de-
us non Serapim qui multo erat Nilo poſterior.ſed ſe qui aquas
fluminis temporibus ſuis iuberet excreſcere.tanta exeo & de-
inceps fuit inundatio.quanta fuiſſe prius etas nulla meminerat.
Et ideo ulna ipſa ideſt aque menſura quam Poechim uocant.ad
aquarum dominum in eccleſia cepta deferri. Sed ubi hec geſta
religioſo principi nuntiata ſunt. extentis ad celum palmis.cum
ingenti fertur exultatione dixiſſe.Gratias tibi criſte.qđ abſq; ur
bis illius magna pernitie.tam uetuſtus error extinctus eſt.

i Nterea Valentinianus in occiduis partibus Cap.xxxi.
animis quantum etas patiebatur ardentibus rem publi-
cam gerens.cauſis etiam nunc latentibus laqueo uitam finiuit.
Sed hoc quidam dolo ducis ſui Arbogaſtis factũ confirmabãt.
Idq; quam maxime publica tenebat opinio. Alii a commiſſo qui
dem ſcelere ducem alienum dicebant.ſed cauſas preſtitiſſe qui
bus inhoc adoleſcens animi indignatione cogeretur.q; minus ei
tanquam per etatem nondum ualido.libera de omnibus indul-
geret imperia. Fuere tamen nonnulli ſacerdotum. qui pacis ab
eo qui poſt creatus eſt legatione ſuſcepta.immunem eſſe ducem
amortis ſcelere apud Theodoſium teſtarentut. Cap.xxxii.

ſ Ed ipſe nihilo ſegnius inflammatus.ad ultionem arma cõ
tra Eugenium qui in loco defuncti ſubſtitutus eſt corri-
pit.Dei primo uoluntatem per Ioannem monachum de quo ſu
pra memorauimus ſciſcitatus. Tum ille qui primam de Maxi
mo ei uictoriam predixerat incruentam. etiam hanc licet non
abſq; plurima utriuſq; ſanguinis inundatione promittit.

i Gitur preparatur ad bellum non tam ar Cap.xxxiii.
moꝝ teloꝝq;.quã ieiunioꝝ orationũq; ſubſidiis.nec tã excu
biaꝝ uigiliis quã obſecrationũ ꝑnoctationũ munitus.Circuibat cũ
ſacerdotibus

2009 Ministerio de Cultura

ſacerdotibus & populo oĩa orationũ loca. ante martyrꝝ & aplõꝝ thecas iacebat cilicio proſtratus. & auxilia ſibi fida ſanctorum intercesſione poſcebat. At pagani qui errores ſuos nouis ſemper erroribus animant. innouare ſacrificia. & Romam funeſtis uictimis cruentare. Inſpicere exta pecudũ. & exfibrarum preſcientia ſecuturam Eugenio uictoriam nunciare. Superſtitioſius hoc agẽte & cum omĩ animoſitate Flauiano tunc prefecto. cuius aſſertionibus. magna enim erat eius in ſapiẽtia prerogatiua. Eugenium uictorem fore procerto preſũpſerant. Sed ubi uere religionis fretus auxilio Theodoſius alpium fauces cepit. urguere. primo illi ꝗbus nequicquam litate & fruſtra ſacrificate tot uictime. de fallatie conſcientia trepidi demonis in fugam uerſi. Poſt etiam magiſtri horum & doctores errorum precipue Flauianus plus pudoris quam ſceleris reus. cum potuiſſet euadere. eruditus admodũ uir. mereri ſe mortem pro errore iuſtius quã pro crimine iudicauit. Ceteri uero inſtruunt aciem. & collocatis inſuperiori iugo inſidiis ipſi pugnam indeſcenſu montis expectant. Verum ubi ad primos uentum eſt. & ilico ſe legittimo principi tradiderunt. cũ ceteris imis uallibus deprehenſis. cõflictus acerrimus geritur. Stetit aliquandiu anceps uictoria. fundebantur auxilia barbarorum & terga iam hoſtibus dabant. Sed fiebat hoc non ut Theodoſius uinceretur. ſed ne per barbaros uincere uideretur. Tũ ille ut cõuerſas ſuorum acies uidit. ſtans in edita rupe unde & conſpicere. & conſpici abutroq; poſſet exercitu. proiectis armis ad ſolita recurrit auxilia. Et proſtratus inconſpectu dei. oĩpotens inquit deus tu noſti quia in nomĩe xpĩ filii tui ultionis iuſte prelia iſta ſuſcepi. Si ſecus in me uindica. Si uero cum cauſa probabili & in te confiſus. huc ueni. porrigere dexteram tuis. ne forte dicant gẽtes ubi eſt deus eorum. Quam ſupplicationem pii prĩcipis certi adeo eſſe ſuſceptam hii qui aderant duces animantur ad cedem. & precipue Bacurius uir. fide. pietate uirtute animi & corporis inſignis. Et qui comes eſſe & ſotius Theodoſii mereretur. proximos quoſq; cum tot telis gladio paſſim ſternit. agmina hoſtium conferta. & conſtipata perrumpit. Iter per

Iter per milia

2009 Ministerio de Cultura

Iter per milia ruentium ad ipſum tyrãnum.ruptis agminibus & aceruatī fuſis ſtragibus agit.uix fortaſſe ab ipiis credant̃ que geſta ſūt.Etenī cōpertum eſt.qđ poſt illā Impatoris precem quā deo fuderat.uētus ita uehemēs exortus eſt.ut tela hoſtiū in eos q iecerāt retorqueret.Cūq; magna ui pſiſtēte uēto om̄e iaculum miſſū ab hoſtibus fruſtraret̃.fracto aduerſarioꝝ aīo ſeu pocius diuinitus depulſo Arbogaſte duce.nequaquā deo aduerſo forti ter faciente.Eugenius ante Theodoſii pedes iunctis poſt terga manibus adducitur.Ibiq; uite eius & certaminis finis fuit.Tum uero religioſo pīcipi glorioſior uictoria defruſtratis opinionibus paganoꝝ quā de Tyrāni īteritu fuit.qbus ſpes uana & falſa di- uinatio minus in īteritu cōtulit pene.quā pudoris ſeruauit ī uita

c Vmq; poſt hec ut futuroꝝ preſcius Impator. Ca.xxxiii.
diſponēde rei publice ſollicitudīe ſtrīgeret̃.ad orientē pro tinus mittit.ubi uēturus ad bellū tuta liberos cuſtodia cōmēda rat.Ibiq; Archadiū Auguſtū regnū ſibi dudū traditū ſeruare pre cepit.Honoriū uero pari dignatiōe predictū ad occidētis īperiū ue nire otius iubet.Quo ſuſcepto.& paternis oſculis āplexibuſq; cō ſtricto.traditis occidētalis regni gubernaculis.ipſe Romano īpe- rio p ānos.x.& vii.feliciter gabernato.ad meliora migrauit.cum principibus piiſſimis percepturus premia meritorum.

Explicit liber eccleſiaſtice hyſtorie.

Tranſtulit Auſonias iſtud Rufinus ad aures
Euſebii clarum Caeſarienſis opus.
Schallus Ioannes celebri Germanicus arte
Aere premit.Mantus principe Foederico.
Quom datus eſt finis.referebat Iulius annos
Mille quater centum ſeptuaginta nouem.
Hunc eme qui docti nomen.qui limen Olimpi
Quaeris.habet praeſens munus utrūq; liber.
Hinc coeleſte bonum:ſanctoſq; docebere mores
Et prodeſſe magis lectio nulla poteſt.

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

2005 Ministerio de Cultura

Coſto eſte libro. ꝗ̃ a.xl.

2009 Ministerio de Cultura

2009 Ministerio de Cultura

Historia
Ecclesiastica

8

8

© 2009 Ministério de C